



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

Augustus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

AUGUSTUS

I.

Vincula S. Petri.

*Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pulum onagri
berum natum putat. Job. 11. v. 12.*

Considera hominem, qui huc dicitur Vanus, esse hominem Sapientia, sensu, & quovis alio bono vacuum: hæc enim vis est vocabuli *Raca*, unde habet originem, quâ voce Christus usus est, cum dixit: *Qui dixerit fratri suo Raca, id est, Vane, reus erit concilio.* Mat. 5. v. 12. & tamen, quis credat? & tamen hic est, qui plerumque præ alijs superbit. *Vir vanus in superbiam erigitur.* & quod plus est, eò usque superbit, ut existimet se in mundo esse Dominum sui, non vult, ut pareat, se submittere superioribus, non reveretur eos, non obsequitur, & tantum non ab omni lege vult esse eximius. nec interim advertit, se cæcitate aspirare ad id, quod vanè sibi persuadet pullus asini in sylvis, qui credit cum summa licentia se illic inter feras natum ad libertatem. Sed & quantum fallit se ipsum! quia cum ceteræ ferae potestati suæ permitrantur, ipse quaeritur ad jugum, & facile adducitur, ut etiam ipse vin-

ciatur, ut laboret, sudet, & oneretur in stabulo nascuntur. *Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pulum onagri, qui tantopere decipitur sui aestimatione, & tanquam pulum onagri se liberum natum esse natum, ut sine lege vivat sine lege, sed ipsi quoque per se in vinculis eadem tranquillitate.* Petrus in suis perstitit. Num vides Apostolum in suis vinculis versatum, ut etiam dulcem faceretur? *Erat Petrus dormiens cum duos milites, vinculus carceris.* Act. 12. v. 6. Sic igitur te agere oportet, si te velis gerere domesticum Domini, non agere sylvaticum. Tria porò sunt vincula, quibus nemo sperare potest, quam integrè eximendū. Vincula sunt præceptorum, quæ vincula omnium iustorum, quæ constringi patitur, omnino in-

est & duobus reliquis peccatorum scilicet, & peccatorum. at qui illis se non peccata, quae sunt propria vincula peccatorum super terram. & qui ab istis non tempore revertitur ad illa peccatorum, demum incidit in vincula peccatorum, quae sunt vincula damnatorum ad Inferos. In tuo est arbitrio eligere, quae velis, seu vincula Justorum, seu vincula peccatorum. Sed cave, quia, si malis illa peccatorum, necesse erit, velis, transire aliquando ad illa, quae sunt ad vincula, ut audisti, damnatorum.

Confidera imprimis, quam diligenter vincula peccatorum ista vincuntur: prima facie te arcte obligare, sed non est ita: imò magis quam quaeris alia faciunt te esse liberum in operando, quia faciunt te operari non ex officio sed ratione. Nemo reverà magis est servus, quam qui proprijs sine cupiditatibus: quippe qui talis est, quasi necessitate quadam adstringatur, ut veli invitatus faciat, quod nolit. *Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato: non enim quod volo faciam, hoc ago, sed quod odi, malum.* Rom. 7. v. 15. Ille solus est liber, qui proprijs non servit, sed dominatur cupiditatibus. atque hoc est, quod conseruetur obediendo praeceptis, putant ergo vincula ista tibi probro esse: imò haec vincula sunt Justo quasi monilia, quae non ligant collum ullo modo, sed ornant potius, & condecorant, faciuntque, ut tanto majore cum

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

decore illud levare satsum possit. vel certe si dicere placeat haec vincula vincere quodammodo colla justorum, quae DEO subiecta servant, certe non onerant, quia sicut illis sunt summo honori, ita summum gaudium, & lucrum afferunt. Gaudium certissimum est, quippe qui verus est Justus, hoc est, qui bene operatur non externo timoris impulsu, sed quia amat, quod facit, tam parum legem suam persequitur, ut demum dicere non vereatur, se non habere legem: *Lex justo non est posita, sed injustis.* 1. Tim. 1. v. 9. Non quòd justus non etiam ipse sit subiectus legi, ut injustus, sed quia quidquid illi imponitur, imponitur ut onus; cum è contrario lex justo non sit oneri, sed solatio, quia ad id tantum obligat, quod est rationi consentaneum, id est, ad hoc faciendum obligat, quod faceret etiam sine lege: & sic lex illi datur, non imponitur. Soli injusto imponitur, qui tanquam onus grave collo suo libenter excuteret. Deinde certius gaudio est lucrum. an enim ignorat Justus maximam utilitatem, quam accipit ab his vinculis, in quae lex illum coniecit? satis sit dicere esse vincula salutis: *Vincula illius aligatura salutaris.* Eccl. 6. v. 31. Salutis scilicet temporalis, & salutis aeternae, quia sicut Josepho vincula sua fuerunt causa, ut DEUS primò illum speciali curâ protegeret, deinde etiam à vinculis transferret ad solium: Idem sanè vincula sua Justo praestant, faciunt imprimis, ut DEUM magis habeat propitium in casibus praesentis vitae

X x x

mortalis:

mortalis : *In vinculis non dereliquit illum.* dein ut ab ipsis vinculis denique extollatur ad gloriam Paradisi : *donec afferret illi sceptrum Regni.* Sap. 10. v. 14. quia à vinculis corporis in hoc mundo rarissimus equidem fuit hic transitus : *De carcere catenisque interdum quis egreditur ad Regnum.* Eccl. 4. v. 14. at ab his vinculis , de quibus loquimur , frequens & continuus est , qui igitur fieri potest , ut non animeris ad illa retinenda , si habes , aut si non habes , ad illa induenda : beata vincula , quæ te verè faciunt Dominum tui ipsius cum summo honore tuo , animum cumulant gaudijs , faciuntque cum utilitate maximâ Divinam opem in vita , & in morte etiam Regnum adipisci.

3. Considera secundo loco , quàm ab his vinculis præceptorum diversa sint vincula peccatorum . Illa sunt vincula , de quibus non facillè iudices , majusne sit probrum , quod afferunt , an dolor , an damnum . nam quod ad probrum vel ignominiam attinet , eadem ratio , quæ Iustis sua vincula reddit honorifica , facit illa indecora peccatoribus . quodnam majus opprobrium , quàm cedere instar bruti illi violentiæ , quam tibi inferunt Libido , Avaritia , Ambitio , quæ sunt tres ille Furis effrenata , à S. Joanne descriptæ ? *Statim eam sequitur quasi bos datus ad victimam ; Et ignorat , quod ad vincula stultus trahitur.* Prov. 7. v. 22. Et quoad dolorem , quam quietem habere unquam potest cor tuum , dum id vincula tua ad summam deni-

que redigunt angustias , & scrupulis , molestis , angustis perturbationibus gravant : unus trahi quidem summo labore test , at portari non potest . *Quod est plautri peccatum.* Et quoad damnum , non solum tibi patrociniū Divinum , sed constituunt mancipium Satanæ , ut si in ipsis te mori contingat , de te sit . Neque dicas sub vinculo te exiturum his vinculis , ro enim , quis hoc tibi spondet , *cujus confugietis auxilium , cuius minus : ne incurvemini illi horæ mortis horæ , sub vinculo magis quàm prius , Et cum interfectus eris ita ut in extremum eatis interitus.* Il. 10. v. 14. Oportet ergo necutere quàm primum vincula numerosa , tam dura , tam pudenda , do ad hunc effectum certius est hium Divinum : *Excutere de monte consurge , sede Jerusalem : solvere collis tui captiva filia Sion.* Il. 1. v. 1. Si excutere illa velis , tres ad te tent via . Contritio , Confessio , satisfactio . Contritio faciet , ut modi vincula non sint amplius ascendenda , quia dolor tam nobilis , quæ solvit , vel potius incendit , in suis in cineres redegit . *Ecce ego deo viros solutos in medium genui , nihil corruptionis , quod aspectu faceret formes , in eis est.* Dan. 3. v. 52. Confessio specialiter obtinebit , ut onere tot scrupulorum , quibus nudò tenebaris oppressus (ob virtutem fortitudinem , quæ inerat)

veridicis in te absolvendo ab omni culpa) & sic vincula tua olim tam dura nihil molestiae afferant. *Dissoluta sunt vincula brachiorum illius per manus potentis Jacob.* Gen. 49. v. 24. Et Satisfactio speciatim quoque faciet, re dicta vincula non sunt tibi damnosa sed poenitentiam, quam feceris in compensationem peccatorum. *Hac dicit Dominus: Affixi te, & non affligam te ultra, & vincula tua dirumpam,* ita ut non amplius ad Inferos pertractura sint. Nahum. 1. v. 13. Et tu non usurpabis mediae tuae salutis tam proficua: bene adverte, à vinculis peccatorum demum non restat aliud quàm transire ad vincula poenarum: quae causa est, cur peccatores dicantur *Declinantes in obligationes.* Pl. 124. v. 5. quia declinant à preceptis in peccata, quae ad poenas obligant.

4. Considera, quot ergo sint ista vincula poenarum, quae sunt propria damnationis. Sacrae paginae ad tria referuntur. Ad tenebras, ad tormenta, & ad irrevocabile Decretum, quod fecit DEUS illos miseros aeternum servandi in suo carcere funesto. Prima vincula sunt illa tenebrarum, quae sola sufficienter ad tollendam omnem effugium, atque his damnati omnes eodem modo stringentur: *vinculis tenebrarum comprehedit.* Sap. 17. v. 2. Cogita ergo, quid illis futurum sit. In illa horrida caligine, quae tridui spatio Aegypto incubuit, ait sacer Textus neminem fuisse autum vel pedem movere de loco suo, metu majoris mali. *Nemo movit se de loco suo.* Exod. 10. v. 23.

nemo accurrere ad focium, nemo eum levare, nemo opem ferre. *Una enim catenà tenebrarum omnes erant colligati.* Sap. 17. 16. Tu ergo cogita, quid damnaris futurum sit in eo situ, in quo quisque fuerit illorum infelicium, à densa nocte suà, quasi eadem catenà ligati omnes ceu totidem mancipia poterunt equidem invicem maledictis proscindere, sed nemo alterum juvare. Secunda vincula sunt illa tormentorum, in quibus quisque gemet sine remissione, quia Princeps iratus, uti scriptum est, *non parcat de malitià,* & de vinculis. Eccl. 13. v. 15. & tamen quis hoc genus vinculorum explicet? ò quot erunt modi! ferri, ignis, bituminis, serpentum, scorpionum, draconum, malorum omnium, quae possunt imaginari. Non est necesse ea sigillarim referre. ta facile te ipso potes ea percurrere. quamvis hæc ipsa vincula, quae sensum affligunt, sunt pro nihilo illis comparata, quae eruciant Spiritum. *Vinculum illius vinculum areum est.* Eccl. 28. v. 24. tantò ceteris est gravius. Tertia denique vincula sunt illa, quae veniunt ab immutabili Decreto DEI, quae proinde dicuntur aeterna. *Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum &c. in iudicium magni diei vinculis aeternis sub caligine reservavit.* Et hæc demum vincula sunt, quae damnatos ad desperationem redigent. Dilecto suo Ezechiel dicebat Dominus: *Ecco circumdedit te vinculis, & non te converteres à latere tuo in latius aliud: sed decretum adeò austerum mox mitigavit solatio, quod sequi-*

sequitur: *donec compleas dies obsidionis tuae.* Ezech. 4. v. 8. At hoc solatium non est pro Reprobis in inferno. Dies obsidionis Ezechielis, quæ typus esse debuit obsidionis imminens Jerosolymæ, non superârunt trecentos nonaginta, & sic brevi completi sunt. At quando complebuntur dies obsidionis, quâ damnati cinguntur? Transibunt decem millia seculorum, & dies obsidionis non complebuntur. transibunt quinquaginta, centum, imò plures seculorum myriades, quàm sit cumu-

lus arcanum, quo vastissimam partem à tetra ad stellas usque replebitur, & adhuc erit obsidionis. *obsidionis non complebuntur.* ergo te foret, qui ad eò faceret, ut eos dies constringi vinculis generum, si te damnari contingeret, esset pro omni æternitate reclusa. Vincula præceptorum finiumque vita: & illa peccatorum vitam mortem habent effugium: & illa pœnatum nec effugium habent unquam nec finem.

II.

Amen Amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, vitam non videbit in æternum. Jo. 8. v. 51.

Considera grâde discrimen, quod intercedit inter rudem & imperitum pastorculum, qui per dies vitæ nunquã cognovit virtutem herbarum, & præstantem herbarum, qui novit eas sigillatim omnes discernere. Ambo per æstatem montem perambulât lectissimis florentem herbis: & pastor eas aspectu suo nõ dignatur, sed per eas inambulâs pari facilitate conculcat omnes: cum è contrario herbarius intentus illarum formæ contemplandæ eas quarat, carpat, in fasciculum colligat, & domum reversus summo studio conseruet ad usum maximè sibi profuturos. Idem accidere puta circa Christi documenta. Sunt nonnulli, qui earum virtutem nullâ ratione cognoscunt: & ideo non magis curant, quàm dicta quævis alia

ordinaria: *Præterierunt sermonem pessimè,* Jer. 5. 28. Alij valde cognoscunt, & ideo o quoniam custodiunt! atque hoc est, ut incitare te Christus vult, cum dicit *Amen Amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, vitam non videbit in æternum.* Dic, si foret herbarius, qua tanta virtutis, ut arceat in vitam posset per decem secula, non daret illi locum in tuis scriptis pretiosissimum, pro ea etiam inde carere adamantes, ne dicam margaritas, pyropos? quanto igitur major studio servandi erunt sermones Christi, quibus tantò major virtus inest? faciet, ut non moriatis in æternum.

2. Considera, quàm verum sit in monibus Domini hanc inesse

Mors duplex est. una corporis, altera animæ. quoad mortem corporis, ait Dominus, cum qui servat sermones suos, mortem non visurum auferam. non quod moriturus non sit sed enim commune etiam Christo fuit) sed quia mortuus ad pulchriorem, quam unquam habuit, resurget vitâ, ad perfectiorem, feliciorem, licet tristem, ad breve tempus sub terrâ putrescens, ut pulchrius reflorescat. & *si videbit mortem, equidem videbit, sed non erit debet in æternum*, ut pro doctis damnati videbunt, quibus semper oculos verfabitur: & si vivent, eternum sine vivent, ut sentiant se non. Quoad mortem animæ, quæ culpâ aut Dominus, qui servat sermones suos, non visurum mortem in æternum, quia nunquam mortaliter peccabit. Et sanè in quo alio consistit mors adeò ductuosa, nisi in hoc, quod ipsi sermones non servantur? quisquis vivit iuxta id, quod docet Dominus, nunquam terrè perdet gratiam, atque adeò nec vitam, de qua loquimur. *Fili serva mandata mea, & vires*. Prov. 7. v. 2. Prætereas si mors corporis tribus ex causis accidere potest, ex infirmitate naturali, casu fortuito, ut ex lapsu, inundatione, incendio, & assultu violento, ita tribus ex causis facile evenire potest mors animæ. Potest evenire ex infirmitate naturali, pravâ, inquam, dispositione internâ, quam affectionum perturbatio comovet in nobis. & istæ per sermones Domini temperantur, ut mortem non afferant. Potest evenire ex casibus fortuitis, qualia sunt pericula

quæ inter occasiones malas vel invitis occurrunt. & sermones Domini præservant, ita ut in his homo non pereat. Potest evenire ex aggressionibus violentis, quales sunt tentationes Diabolicæ: & sermones Domini vim habent eas repellendi, ut omnes evanescant. Ecce ergo quanti faciendi sunt sermones illi, quæ tantum possunt! *Fili mi ad eloquia mea inclina aurem tuam: vita enim sunt in venientibus ea*. Prov. 4. v. 20.

3. Considera, quomodo servare te oporteat dictos sermones Domini tui, ut inde trahas utilitatem tanti momenti. Tribus modis servare oportet, *Corde, ore, & opere*. Corde quidem in intellectu præscriptis temporibus eos meditando, quale præcipue est matutinum, quo intellectus solet esse limpidior: in voluntate, eos amando continuo: & in memoriâ, sæpe eorum recordando, maxime autem in periculis peccandi, quæ occurrunt. *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi*. Ps. 118. v. 11. Ore servare te oportet non modo libenter de illis loquendo, sed demonstrando te magnificare, nec esse de numero eorum, qui in humano commercio probro sibi ducunt eos profiteri. *In labiis meis pronuncavi omnia judicia oris tui*. Ps. 118. v. 13. Opere denique fideliter illos exequendo. *Levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, hoc est, ad exequenda mandata tua*. Ps. 118. v. 48. Nunc reipsum diligenter examina, & vide tantisper, quam in omnibus, & tribus hisce modis sis studiosus servandi sermones Divinos. fortè putas id

laboriosum esse? si labor est, certe
haud paulò major fructus existit. Me-
mineris esse *verba vite aeternae*, quid
ergo de te fiet, si negligas? sicut lex-

vando vitam habes, ita si labor
superesse non potest quibus
aeterna.



III

*Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient
filii DEI, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem
vite, qui vero mala egerunt, in resurrectionem Iudicii.*
5. v. 28.

1. **C**onsidera, quomodo appropin-
quante horâ magni Iudicii, Ar-
changelus Michaël, comitantibus ma-
gno numero Angelis ceteris, sonorâ
tubâ suscitaturus sit eos mortuos, qui
quasi dormientes in sepulchris suis con-
quiescent. *Surgite mortui, venite ad
Iudicium.* Tubâ, inquam, non me-
taphoricâ, qualem aliqui putâtunt, sed
verâ. *Canet enim tuba.* 1. Cor. 15. v. 52.
& canet ut instrumentum huic functi-
oni aptissimum. Quippe cum qua-
tuor essent fines, propter quos Hebraei
olim solebant usurpare tubam, ad con-
vocandum concilium, ad promulgan-
dum bellum, ad celebriores reddendas
solemnitates majores, & ad levanda
tentoria cum proficiscerentur: ex om-
nibus his capitibus æquum omnino erit
in sonare quoque tubam in die Iu-
dicii. tum quia tunc erit confessus
apertissimus, qui unquam in mundo
extiterit: *Domini ad iudicium veniet
cum senibus populi* &c. II. 3. v. 14. tum
quia tunc bellum indicetur generalis-
simum omnibus Reprobis: *Pugnabis*

cum illo orbis terrarum contra
tor. Sap. 5. v. 2. tum quia festus
solemnissimum omnibus Electis
cinante in Neomenia tuba: in
solemnitate vestra, quia præceptum
rael est, & Iudicium DEO
80. v. 4. Præceptum hominum
bus comparandum est, Iudicium
cui de ipsis ferenda sententia
tunc movebuntur tentoria, et
cam, postremâ vice, uturis quibus
diversâ viâ Electis & Reprobis
cedent, qui bona fecerunt, in
nem vite, qui vero mala egerunt,
surrectionem Iudicii. Cum
audis, quod omnes mortui
sunt, omnes, qui in monumentis
dituri sunt vocem filii DEI, qui
vocabit ad Universale Iudicium
jam inchoandum, ne pures ab
lio ore proprio vocandos, quibus
decori exigit, ut Iudex ipse
non commoedet citandis reis, sed
tantum, quos mittit, voce
candi sunt. nihilominus hæc
dicitur Filii DEI (eo fere modo,

vox Sacerdotis in administratione Sa-
 cramentorum dici pariter solet vox
 Christi, & vox sui Ministri) tum quia
 vox eius voluntatis suae, tum quia
 vox eius virtutis suae. Voluntatis
 suae, quia ipse praecipiet cita-
 tionem tantam virtutis suae, quia
 ipse faciet, ut etiam mortui audi-
 ant, & reviviscant. Atque hoc est,
 quod dicitur, Dominus eo die dabit
 vocem virtutis, hoc est, dabit
 vocem suam, quae est vox tubae, esse vocem
 virtutis. Pl. 67. v. 34. quia tali voci eam
 non tribuet, ut ad primum ejus sonum
 quae corpora jam dudum non solum
 in vitam redacta, sed dissipata, &
 dispersa, formam suam recipiant &
 vitam, id quod est solius Divinae virtu-
 tis prodigium. *vox Filii DEI.* Hinc
 est, quod, cum aliis loquens Christus
 se eodem Judicio ordinari se vocat
Filium hominis, prout in alia medi-
 tatione notavimus, hac vice singulari-
 ter se nominaverit *Filium DEI*, quare?
 virtute, quam habebat, vitam illico
 reddendi mortuis, probare nunc vo-
 luit certitudinem Divinitatis, quam de
 se affirmabat rebellibus Hebraeis. Tu
 autem perpende tantisper, quam so-
 lertius futura sit obedientia, quam illo
 die omnes mortui ipsi praestabunt. at-
 que hoc praecipue spectat vox illa *an-*
teat, non quod mortui non etiam non
 audierint suis auribus vocem illam
 sensibilem (dum excitati ad sonum il-
 lorum verborum: *surgite mortui, faci-*
te deum cetera distinguunt: venite ad
judicium.) sed quia ad auditum etiam
 accedere debet executio. Tantum
 significat vox ista *audient*, audire scili-

cet & obedire. *Non audivit populus*
vocem meam. Pl. 80. v. 12. Quot
 sunt illi, qui jam nolunt audire vocem
 Christi! nolunt audire immediatam,
 quae utitur in suis inspirationibus: no-
 lunt audire mediatam, quae utitur per
 os suorum Ministrorum, sed non pore-
 runt miseri idem die illo facere. Quid
 juvat obturare aures, & dicere cum
 Pharaone: *Quis est Dominus, ut au-*
diam vocem ejus? Ex. 5. 2. Parvi, Ma-
 gni, Plebeij, Reges, pauperes, divites,
 Idiota, Philosophi, omnes pariter de-
 bebunt huic voci obsequi. *Omnes au-*
dient, omnes. Ah te miserum, si con-
 temnes modo vocem tui Domini, sive
 immediata sit, sive mediata! Quid
 horam illam de te fiet? & tamen indubi-
 tatum est horam illam esse venturam.
Venis hora, non dicit veniet, sed venit.
 adeo certo veniet, ut de illa loqui fas
 sit, quasi jam venerit.

2. Considera juxta modum obedi-
 entiae, quam omnes mortui praesta-
 bunt promptissimi ad vocem hacten-
 us dictam, praeterea adjungi eos om-
 nes de sepulcris suis prodituros: *Pro-*
cedent, sed o quantum a se diversi! E-
 lecti invenient reddita sibi corpora
 non amplius gracilia, quassata, vulne-
 rata, asperitate continua attrita, ut ce-
 rant prius, sed gloriosissima. Reprobi
 e contrario invenient equidem integra
 compositione membrorum, cetera ve-
 ro tam horrida, squalida, foetentia, ut
 in ea reverti tanquam foedissima di-
 versoria magna futura sit pars malorum.
 Nec mirum, quia illi *procedent ad re-*
surrectionem vitae, isti *procedent ad re-*
surrectionem judicii. Procedent Ele-
 cti

Et ad resurrectionem vite, quia procedent non solum ad vivendam vitam, quæ opponitur morti (cum & Reperi ad talem vitam surrecturi sint) sed ad vitam veram, quæ in Paradiso fruamur, cuius beatitudo frequenter vitæ nomine significatur. Quoniam apud te est fons vite, hoc est, fons beatitudinis. Pl. 35. 10. Et Procedent Reperi ad resurrectionem Judicii, non solum, quia resurgent, ut iudicentur (cum id commune futurum sit etiam Electis) sed quia resurgent, ut condemnentur. Hanc vim habet vox ista *Judicium*. Aliquando discussionem significat: *Judicium determinat causas*. Prov. 26. v. 10. aliquando condemnationem. *Qui increpationibus sunt correpti, dignum DE iudicium experti sunt*. Sap. 12. v. 26. & sine dubio condemnationem hoc loco significat, quia *Judicium* opponitur vitæ. Itaque juxta diversum resurrectionis suæ statum habebunt homines tunc corpora diversa. Quo posito, quid fiet, si tam abominabile habere contingat: quæ tunc isti officia exhibebis, quæ blandimenta, quos amplexus? Tunc enim verò execrabis amorem illum immodicum, quò nunc illud prosequeris, & non advertis.

3. Considera, quemadmodum de omnibus die illi supremo resurgentibus dicatur, *Procedent de suis tenebris, & non simpliciter dicatur, exhibent*, quia propinquabunt Christo non temporis ordine sed dignitatis. Non temporis, quia omnes eodem momento pariter resurgent tam boni quam

mali. *Inventi oculi*. 1. Cor. 15. major appareat virtus vocis *Procedent*, quæ facit eos resurgere. sed *exhibent*, quia primò procedent Electi *Christo in aera*. 1. Thess. 4. v. 16. Reperi, quibus in resurrectione standus. & inter ipsos Electos procedent, qui sunt magis merito affluentiâ meritorum, & per alii gradatim unumquisque in *ne*. 1. Cor. 15. Tu interim cum eo spectaculo quam horribile sit illa divisio, cum ex eodem ingressi tam boni quam mali erunt adeò contrarias. *Procedent bona fecerunt, in resurrectione qui verò mala egerunt, in resurrectione iudicii*. Illud est bivium, si pellare placeat, ad quod consistent Angeli destinati ad hanc grandem illam separationem rerum à Reperis. *Exibent* *separabunt malos de medio* *Hic autem ò qui plañctus inter reprobos, qui ejulatus, rugitus! Consolatio abscondita oculis meis, quia ipse inter fratre* *Os. 13. v. 14.* Non tantum hæc separatio probo maximo illi prope, qui cum dominari & consueverint, se agnoscens ad adfœcem Universi: sed eodem summo dolori, quia signum certum festum miseræ fortis, quæ illorum liber continget in illa Decectione tentia, ad quam citatur. modo ibi accidet, quod accidimus in famosa divisione *Josue* *cta à Josue, qui erat typus Christi*

que sursum spectantes, qui sunt Electi, ejus imperio in altum confluent in summam gloria, & aquae spectantes deorsum, qui sunt Repti, impetu decurrunt, donec in mare mortuum se abiciant. Jos. 3.

Considera fortis hujus adeo distat, quae continget Electis & Reptis, dum illi procedent ad resurrectionem vitae, & isti ad resurrectionem alicuius aliam non assignari causam quod operum praeteritorum diversitatem. Et sic nota ad terrorem animarum, quibus utatur vocabulis Christa veritas irrefragabilis. Non dicit, ad resurrectionem vitae procedent illi, qui erant docti, qui erant opulenti, qui in terra plautus possidebant: dicit, ad eam unice procedent, qui bona fecerunt. Qui mala fecerunt, qualescunque forent, etiam in vitam postea fastigiis, non procedent in vitam ad resurrectionem vitae. ad quam vero procedent: ad resurrectionem suam. Tu interim quid dicis,

qui forte nunc quid vis aliud bonis anteponis operibus? Eo die videbis, quid sit illa neglexisse, ut magis te immergeres lucris terrenis, ut opes cumulares, dignitates acquireris, deliciis indulgeres. Beati omnibus seculis erunt, qui bona fecerunt. Damnati omnibus seculis erunt, qui mala egerunt. Hoc sublato, cujuscunque dotis alterius nulla habetur ratio. Constat deinde hac sententia manifeste confutari eos, qui tanquam vecordes vellent ad salutem sufficere solam fidem, etiam a bonis operibus se junctam. Tu vero utique non es de horum numero stultorum adeo exorbitantium. Igitur in commodum tuam hoc utile documentum cape, id, quod in quovis homine maxime estimandum, esse bona opera. *DEUM time*, abstinendo a malo, quod tantopere ab ipso punietur in die Judicii, & *mandata ejus observa*, faciendo bonum, quod solum referet praemium: *hoc est enim omnis homo*: nam in hoc totum consistit. Eccl. 12. v. 13.

IV.

S Dominicus Patriarcha.

Christus Christi urget nos, ut qui vivunt iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. 2. Cor. 5. v. 15.

Considera quid sit illud, quod Christo fuit propositum, cum voluit pro te etiam in Cruce mori: forte hoc solum, ut te a demonis servitute liberaret, haud sane: nam in hunc finem Pauli Segneri *Manna Animae.*

nam satis erat vel minimam impendi pretiosi sanguinis stillam. Itaque dum voluit ejus rivus profundere, tot ferre probra, tot devorare ludibria, ita lucrari proposuit cor tuum, ut, etsi vel

Yyy les

les, tibi vivere non posses, sed necessitatem haberes illi soli vivendi. Idcirco Apostolus, qui bene assecutus est hanc veritatem, idcirco, inquam, prorupit in hæc verba tam pulchra: *Charitas Christi urget nos*, non dicit, *invitat*, non dicit *impellit*, sed *urget*, quia tanta virtuti resistere non poterat. Quamvis cessare voluisset à labore serviendi Domino, peregrinandi, prædicandi, impendendi se totum in salutem animarum, quas ad eum ille diligebat, id facere haud unquam potuisset. Faces habebat nimium ardentes, quæ latera stimulant, nec requiem illi concedebant. *Lampades ejus Lampades ignis atque flammarum. Ignis*, quo arderet in se ipso. *flammarum*, quibus etiam alios accenderet. Cant. 8. v. 7. Tu quomodo hanc beatam inquietudinem spiritus experiris in te ipso? nam ista perfectio signum est, quod quis verè sit DEI Filius. *Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii DEI.* Rom 8.

2. Considera meritò videri dicendum fuisse Apostolo: *Mors Christi urget nos, ut qui vident, jam non sibi vivant &c.* Nihilominus dicit *Charitas Christi*, quia si multum movere te debet id, quod Christus toleravit pro te, sine comparatione magis movere debet amor, quo toleravit. Vide, quantum fuerit, quod Christus pro salute tua pati dignatus est. & tamen nihil hoc fuit illi comparatum, quod adhuc passurus erat, si ita placuisset Patri. *Aqua multa non potuerunt extinguere Charitatem.* Illa flumina calumniarum, impropiorum, insultationum,

proditionum, virgatum, colaphorum, confixionum, angustiarum, undarum, extensionum, convulsionum, agonum non suffecerunt ad extinguendam sitim flagrantissimi amoris. Inde si id, quod Christus pro te sustinuit, movere te debet, ut non cesses tibi vivere, sed ipsi soli, Christus quæ sustinuit, debet etiam urgere. *Charitas Christi urget nos.* De cruciatu quantumvis immoventibus suis limites præscriptos Divinæ Charitatis non habet.

3. Considera, quid sit liberum est vivere pro arbitrio suo, pro lucro, honore, libidine. Cuncta hæc necessariò cessare debent, postquam Christo placuit tanto amore pro te mori. Ratio clarissima est, quod si mortuus est pro te, æquum omnino foret, te saltem mori pro ipso. Dicem: quia, si fieri posset, mereremur aliquid præstare, siquidem verum se non habet proportionem ad vitam Christi. Illa erat vita immortalis, tua verò est vita vilis, miseræ, digna morte. Quid æquum foret, si contingeret te tantum pro te mori dignatus est? Verum tibi pro ipso mori cōtingat, necesse est constringeris saltem id moderandū, quod est ipsi soli vivere, hoc vivere, ad amandum, & vivendum, quærendum, ut omnes ament. Id mirificè implevit magnus Patrum Dominicus cum sua spectatissima bole. *Anima mea illi vivet, & meum serviet ipsi.* Pl. 21.

Maria ad nives.

Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei, Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Prov. 8. v. 34.

Considera, quomodo vera Devotio erga sanctissimam Virginem habere gradus, quibus ad perfectam adeptionem nitimur. Primus est amor renunciare peccato. nam nulli hoc negat, quem porro exhibere honorem, qui gratus esse possit? secundus est adungere priori obsequium modum speciale, uti faciunt, qui Sabato jejunant ad ejus honorem, ejus compla visitant, coronam recitant, vel alio cultu simili ipsam venerantur. Tertius est addere secundo imitationem velleherrarum virtutum. atque hoc optimum est, quod ejusmodi devotione in gradu perfecto constituit. Jam verò tres isti gradus sunt ipsissimi, quos Virgo designat verbis, quæ jam tot seculis illi Ecclesia attribuit: *Beatus homo, qui audit me. Ecce primum. Et qui vigilat ad fores meas quotidie. en secundum. & observat ad postes ostii mei. Ecce tertium. si nondum cœpisti scandere hos gradus, incipe quàm primam, ut ad summum evadas.*

1. Considera quoad primum gradum, dicere Virginem. *Qui audit me.* hoc enim est, quod ante omnia à te requirit, ut auscultes, quo insinuat, ut

cesses à peccato. si aures obtures, ne in hoc audias, periisti. quomodo præ-tendis, ut illa pro Amatore te recipiat, aut agnoscat? Peccatum duas habet qualitates pessimas, quæ faciunt summo odio dignum, turpitudinem & malitiam. Malitia nascitur ab aversione à DEO, Turpitudinè à conversione ad res creatas. Si turpitudinem spectes, quomodo deposcis, ut Virgo pro amatore suscipiat Diabolum in forma hominis? si malitiam? quomodo petis, ut pro amatore agnoscat actualem fidei proditorem. Apostatam, rebellem? illa equidem benignè te juvabit, ut exire eo statu possis, obtinendo veniã, adeò misericors est. at nolet juvare, ut in eo perseveres, obtinendo, uti vellent nonnulli, impunitatem. Itaque audi illam deserendo peccatum, quod tantopere detestatur. Hoc si facias, beatus eris, quia viam tibi pandis ad ejus amicitiam. *Beatus homo, qui audit me.*

3. Considera quoad secundum gradum dicere Virginem. *Et qui vigilat ad fores meas quotidie.* hic enim mos est amantium, vigilare ad portam personarum, quam amant, ut ostendant se val-

de amare. Amor hoc habet proprium, quod somnum auferat. & quis ille somnus, quem tollere tibi debet amor Virginis? Pigrizia. sollicitum esse convenit in obsequiis, quæ illi præstas, atque ideo dicit, *vigilat*. & esse convenit perseverantem, atque ideo dicit, *quotidie*. Nullus elabatur dies, quo non eam veneris cultu quodam speciali. Hoc si agas, beatus eris, sic enim nec ipsa patietur elabi diem, quo non auxilium præstet speciale. *Beatus homo, qui vigilat ad fores meas quotidie.*

4. Considera quoad tertium gradum dicere Virginem: *Et observat ad postes ostij mei*, quia qui multum amat, non solum vigilat ad portam personæ, quam amat, sed etiam per rimas explorare studet, quid faciat, observat gressus, observat actus, ut datâ deinde occasione imitetur, quò magis placeat. Quàm pulchra exempla sumere tibi potes à Virgine, si cum attentione observare illam stitueris? Imitare illam, & tunc revera beatus eris, quia non tantum provocas ad amorem reciprocum, sed compellis. Oblèquia faciunt, ut quis ametur per electionem, Imitatio facit, ut ametur per naturam. *Beatus homo, qui observat ad postes ostij mei.*

5. Considera in primo gradu nullas poni fores, quia is, qui in eo versatur, non tam est, quàm se disponit, ut sit, verus cultor MARIE Virginis, & sic etiamnum in viâ consistit. In secundo ponuntur *fores*, sed non *postes*, quæ sunt lignea illa repagula, quibus clauduntur, quia is, qui in eo versatur,

quantumvis jam sit cultor Virginis, etiam si nihilominus est, atque in ipso aditu devotionis consistit, nondum penetravit ad interiora conclavia. In tertio deinde non solum ponuntur *fores*, sed etiam *postes*, quia qui in eo versatur, non est periculis, quò non tam per se solus accessus patet, sed ad ipsum toto proinde Spiritu non tantum dum. si aliud non possit, postes aperietur. Toro cordis affectu à Virgine, ut dignum faciat amorem suam, & imitabitur.

6. Considera, ad jungere Virgineum, qui hac devotione usurpatâ eam invenit, vitam venturam. *qui me invenit vitam.* Hæc vita est Gratia Divina, quæ in Virgine, inveniet Gratiam Divinam, quia inveniet illam, quæ amorem gratiam, invenit pro se, pro alijs, unde providè illi dicitur angelus: *Invenisti gratiam apud DEUM*: non solum DEUM, sed Gratia sanctam illam confiteri, apud DEUM, quæ est gratia aptam ad sanctitatem eternam impetrandam. Quantum vero hoc incitamentum, ut illi velis votus. quippe si pro miseratione tuâ perdas aliquando Gratiam divinam quid ages? an ad DEUM, ut petas aliam similem? Eheu quàm hoc est ostendere se indignum ad eam impetrandam, quæ gemmæ ab invitis demum amittitur, at Gratia Divina talis est gemmæ,

amittatur, non nisi à volentibus a-
 mittitur. Oportet ergo primò veniam
 petere ob summam negligentiam in ea
 evadenda commissam. Atque ad
 eammodi obtinendam præcipuè con-
 tingeret hac Virgo, quia ipsa gratiam
 possidet tam eminentem, ut mereri
 possit etiam alijs gratiam amissam. &
 hoc est, quòd ad id alludens dicitur:
*Qui me invenerit, inveniet vitam; hoc
 est, inveniet gratiam.* Itaque sicut a-
 sancti sunt Advocati ad impetran-
 dum iste quidem fortitudinem tempo-
 rarietatis, alius obedientiam, hic
 amittentem, ille aliam hujusmodi
 vincam, ita Virgo est pro impetran-
 da Divina: dum non solum
 impetrat gratiam *habitualem*, quæ est
 illa, à qua omnes memoratæ virtutes
 procedunt, sed etiam *Actualem*, à qua
 conservantur, promoventur, & per-
 sistent. Quo posito facile advertis
 quam ceteris omni studio conniti ad
 inveniendam Virginem. nam hac in-
 veniri invenisti gratiam. Nec metue,
 quæ magno sit statuum labore, ut il-
 lam invenias; quia ipsa inveniri deside-
 ra. Facile invenitur ab his, qui qua-
 rant illam. Et ratio est, quia præoccu-
 pati, qui se concupiscunt, ut illis se prior
 prædat. Sap. c. vi. 14. tanta est nativa
 ejus benignitas. ait tamen *qui me in-
 venerit*, quia si ad eam inveniendam
 non est necesse sustinere laborem, est
 tamen necesse adhibere diligentiam
 præstando illi memoratos actus animi
 magis devoti.

7. Considera parum futurum, si
 Virgo tibi obtineret in hoc mundo

gratiam Domini, si in altero non etiam
 obtineret gloriam. Unde denique
 concludit: *Hauriet salutem à Do-
 mino.* salus est perseverantia ad finem
 usque vite, quæ Cælum tibi asserit.
 Ista venit à Christo, quis hoc ignorat?
 à Domino, sed venit intercedente Ma-
 riâ Virgine, hoc discrimine, quòd e-
 quidem omnes Prædestinati salutem
 suam illâ intercedente consequentur,
 sed facilius consequentur ejus devoti
 clientes. Omnes prædestinati conse-
 quuntur, ut dixi, salutem suam ipsâ
 intercedente, quia nemo illam conse-
 quitur, pro quo ipsa non specialiter
 supplicet in hunc finem tanquam com-
 munitis Advocata generis humani. *Æ-
 qualiter est illis cura de omnibus.* Ver-
 rum ejus devoti facilius consequun-
 tur, quia istorum non tantum curam
 gerit, sed sollicitudinem, & sic istis im-
 petrat, ut Infernus minus habeat vi-
 rium ad eos tentandos: nec isto con-
 tenta modo particulari eadem illis as-
 sistit sub vite exitum, consolatur, ani-
 mat, lectos reddit, obtinetque tran-
 quillissimam mortem. Atque hoc est
haurire salutem: est consequi salutem
 exiguo laboris impendio. *Haurire*
 vox est, quæ duas habet significatio-
 nes. primò idem est, quòd *extrahere*,
 ut aquam è fonte, unde scaturit. Se-
 cundo idem, quòd *bibere*. primum si-
 ne labore est, alterum non modò sine
 labore, sed etiam cum voluptate con-
 junctum. Utrumque convenit pro-
 posito nostro. facit enim Virgo, ut
 cultores sui non solum gravem labo-
 rem non sentiant in his terendis, quæ

sunt necessaria ad salutem, sed ut etiam in ijs magnam sentiant voluptatem, tanta est abundantia solatij Cœlestis. quod illis impetrat. Atque ex hoc clarè colligitur, quomodo devotio erga B. Virginem sit singularis nota prædestinationis. Ratio est, quia devoti huic Virgini clientes facilius salu-

tem consequuntur, spectato pater-
nio speciali, quod tanta Doctri-
vis occasione illis præstat, man-
rò sub vitæ finem, quod est
tum illud, à quo denique salutem
salus dependet.

* * *

VI.

Transfiguratio.

*Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum
se. Mat. 17.*

1. **C**ONsidera, quàm honorificum sit testimonium, quod Pater reddit Filio suo benedicto, cum dicit: *Hic est filius meus.* Omnes justii sunt Filij DEI. sed quàm diverso modo! Christus est Filius per naturam: Justii sunt Filij per adoptionem. & sic Christus est Filius, quia est Filius: *Dominus dixit ad me! Filius meus es tu.* Pl. 2. v. 1. Justii sunt Filij, quia sunt elevati ad sortem filiorum, & admissi quidem ad intimam conjunctionem cum Naturâ Divinâ, sed non ad Unionem, ut vocant, Hypostaticam. Ista facit, ut Christus sit Filius per ejusdem communionem substantiæ; illa facit, ut Justii sine filij per consortium naturæ. *ut efficiamini Divina consortes naturæ.* atque ideo ista facit, ut Christus sit Filius æqualis Patri: illa facit, ut justii sint similes. Vides proinde, quàm bene Pater illo felicissimo pronomine *Hic*

designando personam Christi dicit: *Hic est Filius meus.* quomodo magis est talis, quàm qui per naturam. & sic omnino est. Christus DEUS, nec ut homo Filius suus, sed naturalis. unde etiam illud *Mens* non ponitur significandam dependentiam, ut nos, sed ad significandam substantiam. Ut quid igitur ex animo gaudere cum ipso de gloria? *Hic*, hic ipse, quem naitæ volebant vincere quali pater cum, hic, quem tot accubant fœderatum cum Belzebub, hic, tuus pro Idiota, tractatus pro diano, hic, quem Nazareni volebant ex alto præcipitem, vide, quomodo dicit Pater: *Hic est Filius meus.* ad id quid respondes? an non quod hodie tantum accipiat qui jam tantum sustinuit probri

portio: gloria fuit data privatim. cum
proberum sit permiffum in publico.
Signum ergo est eum non verfari in
terra, ad accipiendam gloriam, fed
procedum.

2. Confidera, quomodo Chriftus
non dicatur duntaxat *Filius*, fed etiam
dilectus. & eodem quidem modo di-
ctum *Dilectus*, quo dictus est *Filius*.
Obferua namque duobus modis poffe
aliquem effe tibi dilectum, vel propter
fe ipfum, quo modo diligitur Amicus,
vel in gratiam aliorum, quo modo di-
ligi amicos dicti tui Amici. Iufti
omnes funt dilecti DEO fed in gratiam
obtinens, hoc est, in gratiam Chrifti
Iesu, qui hanc dilectione illis obtri-
nit: *Vocavit nos fecundum gratiam,*
qua data est nobis in Chrifto. 2. Tim. 1.
Carissimus vero est dilectus propter se
ipsum, & ideo absolute dicitur *Filius*
dilectus, imò ipse primò est filius, de-
inde dilectus, non primò dilectus, dein-
de filius. Iufti funt filij per gratiam, &
ideo funt prius dilecti, tum filij, quia
dilectio, qua DEUS in ipfos fertur,
tantam illis confert excellentiam di-
gnitatis. Chriftus est Filius per na-
turalitatem, & ideo prius est filius, deinde
dilectus, quia dignitas, quam in fe pos-
sedit, tantam illi tribuit excellentiam
electionis. & hæc potest esse ratio, cur
Pater non primò dixerit *dilectus*, dein-
de *Filius*, fed primò *filius*, deinde *dilectus*.
Hic est filius meus dilectus. nam hoc
modo distinxit ab illis, qui funt primò
dilecti, tum *filij*, *dilecti filij*, quia funt
quidem filij, fed filij vi solius dilectio-
nis. Ut ut fit. Iste est pulcherrimus

titulus, quem toties Chriftus habuit
in fcripturis, titulus dilecti. *Canta-
bo dilecto meo canticum. Veni dilecte
mi. Venias dilectus meus. Vinea fa-
cta est dilecto meo.* Eum habuit, quia
illi convenit per naturam: & habuit,
quia convenit ob majora signa amo-
ris accepta præ omnibus, qui funt filij
DEI. *Pater diligit Filium.* & ideo
quid fequitur? *Et omnia dedit in ma-
nu ejus.* Jo. 3. Hoc est grande signum
amoris, quod accepit, effe constitutum
à Patre rerum fuarum omnium Arbi-
trum. unde non dicit: *Omnia dedit*
ei, quod tamen abunde fufficeret, fed
omnia dedit in manu ejus, nempe pro
arbitrio fuo difpenfanda. Quanto
igitur ftudio curandum est, ut te con-
jungas huic filio dilecto, huic, inquam,
à quo ut tali omnia bona provenire
tibi poffunt, modò ad ea danda ipse
propendeat. Ama illum, fequere il-
lum, ferve illi, & omnia habebis. an
non meminifti ejus, quod ipse dixit
aliquando? *Quodcumque petieritis Pa-
trem in nomine meo, hoc faciam.* Jo. 14.
v. 13. Videbatur juxta regulas emen-
data: locutionis dicere debuisse, *hoc fa-
ciet*: quia fi à Patre petebatur, vide-
batur ejuſdem effe etiam facere. Sed
non ita dixit. *hoc faciam*, inquit. quia
rogatur Pater, & facit Filius, tanquam
inſtrumentum ejus primarium: adeò
est dilectus!

3. Confidera, ad hoc ipſum expli-
candum mox ſubjunxiſſe Patrem: *in*
quo mihi bene complacui, quia in Filio
ſuo humanã induto naturã placuit da-
re hõinib⁹ cuncta ſua bona. *Benedixit nos*
omni

omni benedictione spirituali in Cælestibus, in Christo. Eph. 1. v. 3. Possunt ergo duplici sensu accipi memorata verba Patris, sive ad significandum Patrem sibi complacuisse in suo dilecto filio, sicut complacet sibi summus aliquis artifex in opere suo pulcherrimo: & hic verus est sensus, sed mutilus: sive ad significandum Patrem complacuisse sibi in suo dilecto filio, ut faceret, quidquid boni facere vellet mundo; & hic sensus est plenior, sensus, qui campum aperit adjungendi materiam tantæ complacentiæ, cui Pater verbis istis significare velit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* redimere humanum genus à servitute Inferni. *Complacui* dare gratiam, *complacui* dare gloriam, *complacui* dare omnibus cunctos thesauros meos. Et ad hoc ponitur vox ista bene: non ad significandam bonitatem complacentiæ, quia quævis complacentia Divina semper eodem modo est bona, sed solum ad significandam plenitudinem, quia major complacentia inveniri nequit illâ Patris in Filio adeo dilecto, dum in ipso statuit salvum facere mundum. *Proposuit instaurare omnia in ipso.* Eph. 1. v. 9. Sed numquid aliâ ex parte res est admiratione dignissima? Patrem in eo tantopere complacuisse sibi, quod haberet talem Filium, hoc satis intelligitur; *Pater in Filio complacet sibi.* Prov. 3. v. 11. sed eundem adeo sibi quoque complacuisse, quod haberet Salvatorem miserorum mortalium, hoc quidem capi non potest: quid enim boni

accedit DEO ex salute nostrâ, & omnino. & tamen tantum illi complacuit: *Complacui* Patris dare vobis regnum. Luc. 12. Hic est amor ille Divinus, qui non potest, nisi forte hanc causam dici potest DEUM sibi complacuisse in salute nostrâ, ipsi placuit. Non est amoris istius alia ratio, saltem antecessoria, possit adduci, nisi voluntas. *Non vocaberis ultra derelictus, vocaberis voluntas mea in te.* complacuit Domino in te. Illud Si DEUS nos amet, ideo amari placet amare, & non quod nostri majorem ipsi pariat delectationem in se habeat, non amamus. idcirco nota, quod hoc loco non sibi placere opus, quod facit in Christo, solum dicit se complacuisse sibi in opere. *In quo mihi bene placuit.* 4. Considera, quomodo per terminationem tam amplâ, quam Pater omnia bona nostrâ transmittit per manus Christi, consensum adjungat: *Ipsam audite.* In hac Monarcha aliquis supremus. Quod summo amore in manus parati niti totius Monarchiæ incoluntur repoluit, et si possit, si velit, ut etiam ipse disponere de omnibus nihilominus singulis, de negotiis cuius momenti sibi locutus reddet: ite ad audiendum, quod dicitur re judicet Princeps filius meus. *Audite.* atque hoc est, quod dicitur intelligit Cælestis Pater. Non negotiorum ullum, seu grande, seu

dicem, quod non integrè à Christo de-
pendeat tanquam proximo Guberna-
tore. *Data est mihi omnis potestas in
caelis & in terra. Mat. 28.* & quam-
vis ipse simul agat Advocatū pro nobis
orando Patrem, id agit reverentiā ma-
nifestā, prout idem ille Primogenitus
faceret, qui quantumvis liberam acce-
peret à Patre rerum omnium disposi-
tionem, nollet idcirco grave quid-
quam decernere, nisi prius expressum
haberet Patris consensum. Ceterum,
qui vult quidpiam, quid ager? Ibit ad
Patrem, qui audientiam præstat. *Ipsum
audite:* & hic est JESUS, datus nobis
à Patre, quia cum & ipse sit homo si-
milis nobis, tantò plus confidentiæ su-
mamus. *Prophetam de fratribus tuis
suscitabo tibi dominus DEVS tuus.
Deut. 18. v. 15.* quam igitur excusa-
tionem habebit, qui id facere detre-
dat? si quis fratrum tuorum assump-
tus esset ad gubernationem Re-
gni, in quo natus es, ita ut penes ipsum
esset dispensare pro arbitrio reditus
Regis, munia, causas, & quidquid
expediti necesse est, quid, quaeso, face-
ras? majusne fingere tibi possis sola-
rium, quam si liceret quotidie ad lo-
quendum accedere? & tamen tam
parvi facis audientiam Christi? Ipse
est unus de fratribus tuis, assumptus
ad regimen longè majus, quam olim
fuerit datum Josepho. Quid agis er-
go, quod non quotidie devotus ejus
pedibus accidas? si fortè offendisti,
ille nihilominus paratus est te suscipere
majore affectu, quam Joseph suos
non tam fratres quam proditores. *Suf-
f. R. P. Pauli Segueri Manna Anima.*

ficat, quòd accedere non dedigneris
quasi ad fratrem, qui erubescendus
potiùs tibi sit, quam in pretio habendus.
Nónne vides, quam gloriosus
hodie compareat in Transfiguratione
suā? & tamen quid hoc est? minimus
radius ejus gloriæ, quæ super sidera
resplendet. *Illuxerunt coruscationes
ejus orbi terra. Ps. 76. v. 19.* Quid
est ergo, quòd tu quandoque erube-
scas illi aures præbere, ejus documen-
ta Evangelica dedigneris, ad usum non
deducas, non aestimes, imò per sum-
mam impudentiam non verearis illa
reprobare quasi indecora homini hon-
nesto? An hoc est audire JESUM
Christum? *Ipsum audite.* imò hoc
est, illi dorsum obvertere. Si vis, ut
ille te audiat in precibus tuis, oportet,
ut tu eum audias in suis dictaminibus.
atque hoc est, quòd insuper in-
telligi vult Pater, cum ait: *Ipsum
audite.* vult dicere non solum: audi-
te ipsum, sed obedite: *Audite, & vi-
vet anima vestra. Il. 31. v. 3.* Scias igitur
hunc esse tot antè seculis promissum
Mundo, cum DEUS Moyse dice-
ret: *Prophetam suscitabo eis de medio
fratrum suorum similitudini Sc. Qui
verba ejus, qua loquetur in nomine meo,
audire noluerit, ego ultior existam.
Deut. 18. v. 18.* Et tamen quis scit, an
non sape libentiùs audias Tacitum
vel Tullium, quam JESUM Christum?
Ipsum audite, & neminem alium de tot

Doctoribus olim magnificis,
jam nullius fi-
dei.

S. Cajetanus.

Humiliamini sub potenti manu DEI, ut vos exaltet in temptatione, omnem sollicitudinem vestram projicientes quoniam ipsi est cura de vobis. 1. Pet. 5.

1. **C**onsidera, maximum malorum, quod forte in te reperiri possit, hoc esse, quod nolis plenè te permittere gubernationi Divinae. Non credam te illorum esse de numero, qui vel invito DEO velint eminere, quam autem facile contingit te ex ijs esse, qui superbè sensum suum produunt, cum adversi quidpiam illis accidit, nec eò se demittunt, ut dicant: *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.* 1. Reg. 3. v. 18. Ideo clarè insinuat hoc loco Apostolus, ut te humilies sub potentissimâ DEI manu: *Humiliamini sub potenti manu DEI.* quia si nolis te ipsum humiliare cum tuo merito, ipse te noverit humiliare ad probrium tuum: *Humiliabit illos, qui est ante secula.* Pl. 54. v. 20. An putas id illi difficile futurum? imò idecirco hîc dici audis habere illum valde potentem manum, quia facili negotio efficere hoc potest. Manus illa, quæ ad prosternendum Gigantem lanceis, gladijs, securibus indiget, non est potens. Illa est potens, quæ vel fundâ dejicere ipsum potest, uti David fecit pastortius puer. Et talis est manus DEI, nullo impendio humiliare te potest.

Sicut lignum in manu figuli, sic vasa numera domus Israel. Jer. 18. v. 6. vides, quàm facili operâ ille figulus, quàm maxime nocere possit, non est illi opus malleo ponderato alijs circa vasa sua, non metallo, uno ictu baculi comminuit in mille frusta. & sic recurre ad DEUM potest. *Conteritur lagena figuli contritione valida, & non invenitur de frustis ejus testa.* Il. 35. v. 14. Quod est, cur non te submittis precum, cum reverentiâ disponere, qui summâ facilitate decernit, facere tibi potest, quàm quod accidit? *Humiliamini sub potenti manu DEI.* Hoc vult, hoc precatur te humilies, ut capite demittaris in omnibus, quæ patris, recte cum agi. *Omnia, qua fecisti Domine, in vero judicio fecisti.*

2. Considera, sicut potens est nus Domini ad te humiliandum, exaltes, ita potentem esse ad exalandum, si te humilies. Exaltare te in hoc mundo faciendo, ut fortunium, quod patienter tollerabis denique cedat ad majorem gratiam

sicut Josepho cessit sua servitus in A-
 gyptum. *Vos cogitatis de me malum,*
sed DEVS vertit illud in bonum, ut ex-
altaret me. Gen. 50. v. 20. & cum in
 hoc mundo te non exaltaverit, exal-
 tabit, quod longè melius est, in alte-
 ri, tunc scilicet, cum fideliter cuius
 reddet premium subjectionis, quæ ejus
 esse voluntati submisit. *Exaltabit*
manifactor in salutem. Pl. 149. v. 4.
 Quod solum tibi exoptandum. *Hu-*
milianini sub potenti manu DEI, ut
exaltet in tempore visitationis, non
 in tempore hoc, sed in tempore *Visita-*
tionis. hoc est, in die solennissimo Ju-
 dæi. Ille erit dies Visitationis Uni-
 versalis, in hunc omnino finem ordi-
 natus à DEO, ut rationes omnes gene-
 rales humani ad calculum reducat, cor-
 rigatque, ne quis de onere queri pos-
 sit. *Ecce, dies Domini venit &c. &*
visitabo super orbis mala. Il. 13. v. 9.
 In die Visitationis quantus erit honor in
 conspectu omnium agnoscere fidelem
 DEI servum, hoc est servum, qui no-
 nit illi vel minimum suæ gloriæ suffu-
 ran, sed contemni & conculcari se pas-
 surus est, diuimodo id cederet ad DEI
 gloriam. ò quæ tunc erit obligatio
 Domini exaltandi hunc servum tuum
 adeo præclarum! quid minus poterit
 quam tenerrimo amoris affectu com-
 plecti, blandiri, plausum dare, & im-
 ponere coronam gloriæ haud paulò
 pulchriorem, quam Assuerus imposuit
 capiti contempti Mardochei? *Evexit*
nam ab humilitate ipse, & exaltavit
caput ejus. Eccl. 11. v. 13. Itaque ne
 generis nunc tantisper inclinare ca-

put in casibus contrarijs, qui facile
 accidere tibi possunt, quia veniet deni-
 que, veniet dies illa, in qua rursus ex-
 rigas. *Humilianini sub potenti manu*
DEI, ut vos exaltet in tempore Visita-
tionis.

3. Considera, id quod maximè te
 impedit, ne te duci sinas à DEO, ut il-
 li magis placeat, esse, quòd ipsi non con-
 fidas. Credis quodammodo, illum
 tot aliorum intentum commodis non
 cogitare de tuis, parum abest, ut pures
 res casu accidere: & dicit: *quasi per*
caliginem judicat. Job 22. v. 13. O
 quantum falleris! ne dubita illum ha-
 bere curam de te specialissimam, pro-
 ut habet de omnibus. *Quoniam illi*
est cura de vobis. quo posito, macte
 animo. nõstine quid sit: *Est illi cura*
de vobis? non solum est cogitare de
 aliquo, sed ita cogitare, ut, quò plùs
 accidit adversi vel acerbi, id majore
 tuo emolumento accidat. Quid est
 habere curam alicujus ægri? *Curam*
illius habe. Luc. 10. v. 35. an forsitan
 assistere ad lectum, ut promptè semper
 offerat petenti, quod illi maximè est
 nocivum? haud sanè. Est potiùs illi
 assistere, ut, si ita ejus utilitas exigat,
 etiam bolos offerat amarus. Ita pari-
 ter tecum DEUS agit. *Ager es; homo*
marcidus, egens recuperatione. Eccl. 11.
 v. 12. Scit ille necessitatem tuam. unde
 dicitur habere curam tui: *Est illi*
cura de vobis: quia dat tibi, quod
 prodest, non quod liber. si secus face-
 ret; dici non posset habere curam.
 finge igitur illum tibi coràm assistere
 affectu planè Paterno, ipsum esse, qui

abruptat stamen tela, quam in mente orditus es, quod perniciosam fore cognoscat, ipsum esse, qui hanc confusionem disponat, advertitatem determinet, & accuratè definiat, quod in dies accidit. Non poteris cogitatione satis fingere in hac materiâ, quod DEUS revera tecum agit. *Illi est cura de vobis, illi in personâ, & non Ministris illius.*

4. Considera maximum fructum, quem ex hac persuasione colliges menti semper impressâ. fructus erit, quod omnem sollicitudinem de te ipso consicias in sinum DEI, adeo ut de te scire nolis quidquam, prout agit Sapiens ille Filius, qui de se non cogitat, quia scit se habere bonum Patrem. Et hoc illud est, quod te pertingere vult Apostolus, dum ait: *humilitamini sub potenti manu DEI &c. omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam illi est cura de vobis.* non dicit *deponentes*, sed *projicientes*, tantum ipsi nociva videntur. ô si intelligeres, quantum detrimenti affertur vitæ spirituali cura illi superflua, anxia, & calamitosa, quam de te geris, talis enim est sollicitudo tua, illa nimirum, quæ te impedit omnino, & moras injicit, ne cor tuum ex integro saltem DEO consecres. hanc non solum à te quamprimum excutere debes, sed omnino projicere ad illius modum, qui serpentem in sinu se videt gerere. an non enim serpens est sollicitudo superflua? quia pejor omni serpente. hic enim anguis ille est, qui in terrestri Paradiso induxit protoplastos no-

stros geminos, ut DEO discerent. Projice igitur hunc serpentem, pro de sinu tuo in sinum DEI: *projice eum.* & hic ipse serpens longè pro illi donum erit, quam olim habuit Columba, donum, inquam, quod illum ad tantò majorem tui curam mulabit quotidie, quanto magis tibi confidere videbit: *Projice Dominum curam tuam, & ipse nutriet.* Pl. 54. v. 13. non solum non sed *nutriet*, quia id faciet affectum speciali. Hoc est lucrum per DEO fides: parvo impendio tibi sibi summè obligat: *Erit cura tua in salutem, quia in me habunduciam.* Jer. 18. v. 19.

5. Considera, si ullus unquam exiit, qui hanc veritatè probe cognoverit, hand dudè fuisse gloriosum, cujus hodie recolitur memoria. Cornu, qui speciali modo suos obsequiosos, ut toti penderet à Providentia, non solum in rebus, quæ accessoria videntur, sed in rebus, quarum maior est necessitas, victus & vestitus. Hinc est, quod nec eleemosynam eos petere videtur (quod alii sanctè faciunt) per DEO sed expectare: tantum DEO *In Domino confido, quomodo dicam nimis mea: transmigra in montem, cum passer.* Pl. 10. v. 1. Passer, qui vallem deserit montem perambulatur solere spicam mordicus percipere, in promptu sui habitaculi diffidat, in promptu sui habitaculi non sic ego faciam, respondit David. si Saulo persequente se fuerit fugere in Alpestrum montem.

non ero ullo modo sollicitus, an etiam in futuris sit, qui mihi provideat. Deum quoque habeo; in ipso confido: non desine in rebus vitæ necessariis. Fieri quidem potest, ut Nabal aliquis stultus & inhumanus neget mihi crudis modis escam etiam tenuem; at ubi Nabal deficiet, pro Nabale Abigailiam substituet, ita dicere visus est magis hic sanctus, nisi quod David Nabale annonam postulavit, ille à nemine postulare, sed expectare tantam voluit. Tu si eò confidentiæ

pertingere non potes, saltem persuasum habe DEUM non defuturum, quin pro statu tuo opportunè tibi de eo provideat, quod utile futurum sit, ut adeò necesse non sit illud tibi procurare modis si non iniquis, certè imperfectis. Numquid solitudo factus sum Israhel, aut terra serotina? Jer. 2. v. 31. Non solum DEUS terra sterilis non est, quæ fructum dare omittat in se confidentibus, sed neque terra est serotina, quæ omittat dare in tempore.

VIII.

Qui spernit modica, paulatim decidet. Eccl. 19. v. 1.

1. Considera, quomodo hoc loco non dicat Dominus eum, qui committit veniales noxas, paulatim prolapsum in lethales, sed *qui spernit*; nam quis est, qui eas non quotidiè committat? sed aliud est committere, & aliud spernere. Ille spernit, qui eius rei nullà admodum curam tangit, quasi ab iis cavere necessarium non sit ad salutem, fortè tu quoque unus ex his miseris? ò in quanto periculo versaris, si ita sit, æternum pereundi, quia hæc est irrefragabilis sententia Domini: *Qui spernit modica, paulatim decidet, hoc est, decidet à perfectione, decidet à pietate, decidet à probitate, verbo decidet à statu gratiæ in statum peccati.* Ita exponunt sacri Interpretes. Quid juvat ergo modicas esse rimas, quæ in alto navi accidunt, si contempnæ tantum illi mali afferant,

quantum magnæ? Illæ ipsæ, quamcunque sint modicæ, constituunt navim in statu perditionis non equidem proximo, uti magnæ, sed remoto saltem, quia paulatim aditum aperiunt aquæ, quæ illam demergat. *In pigritiis humiliabitur contignatio.* Eccl. 10. v. 18.

2. Considera, tres esse rationes, propter quas dicitur à Domino: *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Una se tenet ex parte hominis, altera ex parte dæmonis, & tertia ex parte Dei, omnes cõsideranti æquè terribiles. Prima se tenet ex parte hominis, quia qui spernit malum modicum, tria sibi damna accersit haud levia. primum est, quòd paulatim amittat timorem, qui cum retinet à gravi. & alterum quòd augeat propensionem, quæ ad id inclinat. Amittit timorem, quia, cum

culpæ parvæ non ita proximè producant pravorum effectus uti magnæ, sed potius instar limæ tacitè erodentis, contingit, ut homo post aliquem lapsum temporis persuadere sibi incipiat tales culpas revera nihil afferre nocuenti. & sic animosior dein factus non solum in ipsis persistere non dubitat magnâ libertate, sed demum ad graviore exorbitat, adeò ut mortem illi afferant. Venenum statim prodit malum, cuius est causa, ideo cavetur ab omnibus. fructus acerbi non produnt nisi admodum lentè, unde quidam magnâ etiam aviditate eos appetunt. & tamen longiore morâ fructus acerbi æquè ac venenum afferre mortem possunt: nisi quòd venenum eam afferat malignis qualitatibus, quas in se habet, fructus autem illis, quas cum tempore ex se gignunt. Idem in casu nostro contingit. Deinde sicut homo spernendo peccata modica amittit timorem, qui retrahit à malo, ita pari passu auget inclinationem eò trahentem. nam hæc in quovis nostrum aliud non est quàm Concupiscentia inordinata. Quis autem nescit concupiscentiam talem, quanto plus obtinet, tantò semper reddi audaciorem in petendo? simillima est igni: *Concupiscentia quasi ignis exardescit. Eccl. 19. v. 9.* proinde sicut ignis primò indiget aliquo, qui excitet vel in medijs stipulis, deinde etiam, qui alat, at ubi postea ex illo primo alimento, quod sibi ministrari videt, vires sumpsit, adeò fit insatiabilis, ut id etiam velit depasce-re, quod negatur. sic Concupiscentia,

primò indiget aliquando, qui excitet, adeò est modesta: at cum deinde videt sibi dari, quod desiderat, insatiabilis redditur: *Naturam civ: sufficit. Prov. 30. v. 16.* semper petit, semper querit, semper fructus, & donec habet, quod speret, quod nunquam. *Anima calida quæ ardens: non exstinguetur, donec glutiat. Eccl. 23. v. 22.* Ad hoc dicit, quòd progressu temporis vitas, quam percipit in culpis venialis, fiat voluptas familiaris & allucinat, ideò parum sensibilis. Quis ergo peris gravibus? Inde tu conclude, nullo ullus, quantum est ex parte, possit abstinere à delictis gravibus eò jam est progressus, ut non caveat à parvis? hoc est equo frænum, & nolle, ut à recto deflectat.

3. Considera alteram rationem, quæ tenet se ex parte demoniæ: demon hic invenit, quod vult, quis nescit hunc semper ejus elationum, & consuetudinem? nempe querere maximum, quod possit, sed paulatim querere. si primò polaret adulteria, furta, furores, luxuria, quis est, qui non statim impelleret tanquam hostem suavitatem? Unde initio aliud non petit, quàm sum amicitia plus æquo familiaritatem, quàm adhesionem ad opes, quàm immoderatam, tuendi honorum, um magis sollicitum, insidiat, quandam potiùs politicam, quàm lignam. ita aperta viâ ad cor

non dabitur illud etiam primo assultu
se superaturum. Quid agis igitur,
cum assuetis liberè committere mul-
tas culpas, quòd eas leves esse existi-
mas? Primum laborem, qui semper
maximè est arduus, tollis dæmoni. un-
de nihil illi restat, quàm ut magno a-
nimo prosequatur victoriam, quam
tibi sponte cedis, dum te ipsum (spolias
cunctis illis aggeribus, in quibus pri-
mo tuos conatus consumpturus erat.
*Propterea Israel bonum, dimissa vitâ illâ
sægis devotâ, rectâ, religiosâ, quam o-
lim agebat. Inimicus persequetur e-
os, donec ad aliam pertrahat scanda-
losam. Of. 8. v. 3.*

4. Considera tertiam rationem,
que se tenet ex parte DEI: quia nemo
factorum Doctorum, qui non affir-
met DEUM punire minora peccata
permissione majorum. Verum est
cum non procedere ad pœnam adeò
remendam, nisi postquam multas præ-
sulerit admonitiones salutares (uti
colonus solet, qui non finit pro libi so-
laxari arborem, nisi postquam om-
nem curam proficuum frustra consum-
psit) ac cum videt, se non auditum,
penitentiam denique, ut homo cunctis
quamvis inordinatis cupiditatibus
suis obsecundet. *Non audivit popu-
lus meus vocem meam, & Israel non in-
tendit mihi. prius quid sequitur?
Et dimisi eos secundum desideria cordis
eorum. atq; adeò miseri ibunt in adin-
ventionibus suis, ita ut pertingant ad
terminam, quò ducit via tam laxa, &
plena licentiæ, qualis est ipsorum,
atque ad obstinationem in malo. Pl.*

80. v. 12. Noli itaque abuti Bonitate
Domini, dicendo intra te ipsum. To-
lerabo culpas meas patienter, quia
sunt modicæ. Noli, inquam, abuti
istâ, quia hæc ipsæ culpa, quæ sunt mo-
dicæ, sunt denique intolerabiles pro-
pter excessum, quo semper cumulan-
tur magis. ad quod videtur voluisse
DEUS alludere, cum dixit: *Ecce ego
stridebo super vos, sicut stridet planstrum
onustum feno.* Amos 2. v. 13. Adverti-
sti, quid fieri soleat, cum rustici cur-
rus suos onerant? cum truncos, lapides,
saxa gravia imponunt, cautissimè at-
tendunt, ne nimium onerent. ac cum in
prato fœnum aridum est imponendû,
molem accumulunt adeò immodicam,
ut planè obstupescas. unde fit, ut cur-
rus sæpe multò majorem edant strido-
rem sub ejusmodi fœno, quàm sub i-
psis lapidibus. Ne dicas ergo noxæ
meæ sunt omnes fœno similes: leves
sunt: nam si leves sunt, etiam multæ
sunt: & DEUS propter ipsas stridebit
sub te, & conqueretur, quòd eum gra-
ves, quòd fatiges, quòd ejus benigni-
tate abutaris, quam in te tolerando de-
monstrat: & si propter eas non auferet
suam gratiam, uti quamprimum faci-
cit propter culpas mortiferas, auferet
protectionem, justè te privando auxi-
liis illis specialibus, & superabundan-
tibus, sine quibus brevè contingeret etiã
ejus gratiam deperdi. Istæ sunt tres
rationes, propter quas *qui spernit mo-
dicæ, paulatim decideret. non subitò, sed
paulatim: & ad has omnes alia redu-
cuntur, quas ipse potes distin-
guere.*

Obstupescite cæli super hoc, & porta ejus desolamini rebeementer, Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Ne deruerunt fontem aqua viva: & foderunt sibi cisternas dissipatas, continere non valent aquas, Jer. 2. v. 12.

1. **C**onsidera peccato duo inesse mala maxime horrenda, quorum quodlibet influxu reciproco concurrat ad augendum & aggravandum alterum. Aversionem à Creatore & Conversionem ad res ab eo creatas. si peccando aliud non fieret inconveniens, quam quòd quis avertatur à Deo, quid tibi videtur: nonne vel hoc solum crimen esset enorme? Jam verò quid erit, dum insuper ideo avertimur à DEO, ut sequamur res creatas vilissimas, quæ demum aliud non sunt, quam opus manuum ejus? & si peccando aliud nihil fieret alienum à ratione, quam quòd quis ad res ejusmodi se convertat exhibendo illis obsequium, quod omne earum meritum transcendit, numquid hoc quoque satis esset abominabile? Jam ergo quid erit, si ad reddendum illis tale obsequium præterea avertimur à DEO? Hæc duo mala ad eò invicem conjuncta ait Dominus populum suum commisisse. *Duo mala fecit populus meus &c.* & ideo quasi attonitus ipse tam rarâ audaciâ, non solum cælo præcipit, ut obstupescat, sed etiam Cataractis Cæli, ut rumpantur, & in talem populum quasi furor: quodam effundant nimbos, turbines, tempestates, fulmina, &

quidquid aliud esse potest cæli cecidit illi debiti. *Obstupescite super hoc, & porta ejus desolamini rebeementer, dicit Dominus.* Quis dicere ille posset, hæc ipsa duo ita conjuncta à te pariter patris scio DEUM, uti in hoc suo genitilamento per Fontem aliud non lexit, quam seipsum, ita intelledola per cisternas, sed primario certissimum est per cisternas secundario intellexisse eos hominum quorum perversâ amicitia avelli populus Hebræus, quales Egyptii, Assyrii, & alii ejusmodi non erant habiles nisi ad eum tendendum. Proinde si etiam contingat Amicitiam humanam necere Divina, applica tibi hæc sententiam, nam illa ad te pertinet. Erant quam pronum est te unum esse eorum numero, & forsitan jam à tempore longiore.

2. Considera differentiam fontem, quæ inter cisternas, & fontem tercedit. Fons ex se habet aquam eâque vivam, largam, perennem sic habet, ut, quantumcunque hauritur singulis, nunquam exhausta Cisternæ solum habent, quæ ante pere labro suo angusto pollunt, &

le habent, arque adeo non amplius
 quoniam inebriam beneficio accipiant.
 atque ista prorsus est differentia, qua
 inter Dominum & illas interce-
 dit personarum amatas, quas subinde non
 debitas illi anteferre. Ipse fons est
 plenissimus omnis boni, qui à nemine
 pendet. *Apud te est fons vita.* Ps.
 133. v. 10. E contrario omnes illa per-
 sonae quid habent ex se praclarum?
 nihil omnino. solum hoc habent, quod
 sibi DEO benignè fuit concessum,
 ut habent in mentura, eaque pressa o-
 mnia, & parca. *Ece gentes quasi stil-
 licites.* Mt. 23. v. 39. & nihilominus
 pro his DEUM deseris: o quam ineffa-
 bilis illi facis injuriam! Dic, quæ so-
 lutione mo ver, ut velis amicitiam ho-
 minum potius quam DEI? certè vel
 honestam, vel utile, vel delectabile, a-
 liud non superest. Verùm quoad ho-
 nestam, edic, an non majori honori
 tibi ducis possidere in horro tuo fontē
 acidum, quam aquæ pluvia cister-
 nam, quæ nunquam fatis sit limpida?
 quoad utile, quid eligeres in quodam
 tuo pradio ad faciendum majorem
 quantum, an vilem cisternam, quæ vix
 tantum habeat aquæ, ut sufficiat extin-
 guenda sibi messorum, an fontem vi-
 vum, qui suffieat satiandis etiam ar-
 dentis, & irrigandis plantis omnibus
 tuis? Et quoad delectabile deni-
 que, quid facis, cum tibi peregrè eunti
 calor nimio sentis ardere fauces? an
 non illico fonti applicas? ad cisternas
 non vertis nisi necessitate compul-
 sus. quippe dulce non est bibere ex
 aqua mendicatas, dulce est è
 R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

fonte bibere. qui igitur fieri potest,
 ut nihil horum sufficiat, ut malis DE-
 UM quam homines amare? Fons est
 DEUS, homines, ut audisti, sunt Ci-
 sterna: & tamen homines magis curas
 quam DEUM. *Dereliquerunt fon-
 tem aquæ viva, & foderunt sibi cister-
 nas.* Ah quantam habet Dominus
 causam dicendi: *foderunt sibi.* non di-
 cit populum suum invenisse cisternas
 jam factas: dicit miserum eas fecisse
 sibi, quasi ad suum genium: quia sem-
 per ita contingit, quivis affectu suo
 pro libidine sibi fabricat cisternam.
 quia non spectat rem illam, qualis in
 se est, omni bono vacuum, sed qualem
 sibi fingit in intellectu suo (uti faciunt
 Idololatræ, dum simulcra sua adorant)
 & sic illam si non adorant, saltem longè
 supra meritum amat. Contra tu hoc
 age, quod suadeo. semper animo sit
 fixa sententia, homines ex se nihil ha-
 bere boni, sed quidquid habent, esse à
 DEO, & fieri non poterit, quin semper
 magis DEUM ames quam homines.

3. Considera, tolerabilius futurum,
 cum homines sint quasi totidem ci-
 sternæ, si etiam forent cisternæ firmæ
 & solidæ, ita ut retinerent illud pau-
 xillum aquæ, quod in ipsis amatur, sed,
 quod pessimum est, omnes sunt cister-
 næ rimosæ, quæ omni ex parte perflu-
 unt, & hinc etiam citò exarescunt. at-
 que hoc est, quod Dominus exprimere
 insuper voluit, quando, cum dixisset
 de his, qui amicos sectantur terrenos,
foderunt sibi cisternas, maximâ cum
 Emphasi, subjunxit: *Cisternas dissipatis,*
quæ continere non valent aquas.
 quippe

Aaaa

quippe

quippe, si saltem persona tibi adeò dilecta perennes forent super terram, aliquis esset excusationi locus, quod tanti illas facias. porro an non advertis quatruidui spatio omnes morituros? Ah quàm plene sunt rimis, hoc est, morbis, & miseris, quibus sensim omne pretium deperdunt, & idcirco *continere non valent aquas.* Quantifcunque juventur adminiculis ad vitam diutius servandam, id consequi non possunt. aqua immissa omnis effluit. deficit species, deficit sapientia, sagacitas, dexteritas, deficiunt simul omnes eorum dores singulares, & quid superest? nil nisi putredo, *simul in*

pulvere dormient cum vilissimis filiis, & vermes operentur eis. Itaque si tu velis coc strahere a rebus omnibus creatis illud DEO tribuas, sicut decet, jam illas cernere in sepulchro ipse carne, exuccas, & in pulverem etas. tunc enim verò videbis *dissipatas,* quia jam non sunt *inere aquam,* si vel integrum opimen acceperint: *qua continere non valent aquas.* & si tales videris, quod propter ipsas poteras *DEUM,* qui nunquam moritur.

X.

S. Laurentius Martyr.

Patior, sed non confundor. scio enim, cui credidi, & certus sum, potens est servare depositum meum in illum diem. 2. Tim. V. 12.

1. **C**onsidera facile maximas, quæ in vita spiritali te impugnant, tentationes esse diffidentia. Viderur tibi nonnunquam quidquid in ea facis propter DEUM, frustra esse, eò quòd nihilominus sis damnandus. contra has te arma contextu isto pulcherrimo Apostoli, quem hic tibi meditandum propono. non audis primam ejus vocem, quam ingens dolor illi exprimit: *Patior.* Candidè fatetur se pati. sed mox adjungit, non ideo se confundi: *Patior sed non confundor.*

Tu quidem sepe numero censes Sanctos, cum tanto restuamur DEL, inter tormenta sua stentibus, quando martyres in crucibus affixis, sine sensu doloris: sed fallaciebant enim verò injurias fluctibus & infortunia, & incommotabos: quid porro? etiam sentiebant tamen despondebant animum. dicebant cum Apostolo: *Patior non confundor.* & quare dicebant sciebant, quis esset ille Dominus, permisissent: scio, cui credidi.

miteris ergo, si tu, qui etiam spiritu es
 imbecillus, valde sentis, quod pateris.
 tibi senties, non pateris. satis est, si
 patiendo non confundaris, hoc est non
 desinas servare fidem vivam, atque fi-
 delitatem, quam habere debes in Domi-
 no: *Ego Dominus, super quo non con-
 fundentur omnes, qui expectant eum.* It-
 em. *o* quantā Emphasi, in hoc
 proposito dicendum tibi cum Apосто-
 lo: *scio, cui credidi.* si genium Domi-
 ni probi nōsti, non pateris ullo mo-
 do ab illo te averti, et si non desinat, qui
 te non avertet, sed rides potius dicendo
 errare ipsum, scio, cui credidi, atque
 hoc est, quod in casu nostro dicere o-
 portet, quid refert, quod cogitationes
 tuæ phantastica mille umbras, & hor-
 rores obijciant, ceu servias alicui, qui
 desinat ob culpas tuas te destituat: ne-
 cum illis altercare, sed solum dic inra-
 tione: *scio, cui credidi.* atque hac ratione
 facilius fugabis.

2. Considera quid, distinctius lo-
 quendo, hoc loco intelligat Apostolus.
 cum ait: *scio, cui credidi.* duo signifi-
 cat, quæ demum ad unum reducun-
 tur. significat: *scio*, quis sit ille, *cui
 credidi* me ipsum, & rursus significat:
scio, quis sit, cui credidi. quidquid facio
 hoc: *deposui meum.* Dicit, *scio,*
cui credidi. non *scio, quid credidi.* quia
 sufficere tibi debet, quod scias mani-
 festā, quā fidelis sit Dominus, cui
 servas, quā benignus, quā pronus
 ad miserendum, quia DEUS est. cete-
 rum si extricare te nescias illis difficul-
 tibus, quas cogitationes tuæ ad te

confundendum tibi suggerunt circa
 gratiam, quam aliis dare velit, & non
 tibi, circa Prædestinationem, Perseve-
 rantiam, & alia huiusmodi etiam do-
 ctis obscurissima: noli hinc angī, suf-
 ficiat tibi dicere, quod scias, à quo de-
 pendeas: *scio, cui credidi.* an ergo non
 majorem securitatem tibi præstat fi-
 des, quā omnes revelationes, quas de
 rebus ejuscemodi habere possis? reve-
 lationes sunt illusioni obnoxie, sed
 non Fides. & sic necesse non est talia
 intelligere, prout sunt, ad operandum
 bene, sufficit ea credere elicendo a-
 ctum fidei. imò neque necesse est pos-
 se dicere: *scio, cui credo.* sufficit, quod
 possis dicere: *scio, cui credidi.* quia cum
 aliquando versaris in tanta obscuratio-
 ne mentis, in tanta astiditate, in tanta
 angustia, ut in corde tuo fidem ejusmo-
 di actualem excitare non possis, suffi-
 ciat habitualis. Memoria repete il-
 los actus fiduciæ, quos jam olim elici-
 isti, atque in iis te conserva. illi ipsi a-
 ctus præteriti facient, ut in præsens sis
 securissimus: *scio, cui credidi, & cer-
 tus sum.* audisti? non ait, *fui*, sed
sum.

3. Considera, quale sit illud depo-
 situm, de quo loquitur Apostolus, cum
 dicit: *Certus sum, quia potens est de-
 positum meum servare in illum diem.*
 sunt ærumnæ, quas toleravit pro Deo,
 Peregrinationes, prædicationes, car-
 ceres, plagæ, & sic de ceteris discurren-
 do. omnia ista depositum suum vocat,
 quia semel in manib⁹ Dei illa deposuit,
 ideo de se cogitare nullo modo voluit,
 nequidem in his, quæ ad salutem spe-
 ctant

Etant, sed solum de ipso. O quam præclarus actus hic fuit! cur ergo non fatigis saltem pro tenitate tui spiritus illumimitari? deponere tu quoque in manu DEI tui vel ipsam æternæ salutis negotium, quod nonnunquam tantas curas injicit. & pro eo, quod aliquando moleste cum cogitationibus triceris, discurrasque, sine futuris salvis, an non, potius te impende exercendis actibus amoris, labora propter ipsum, stude propter ipsum, psalle propter ipsum, dic te nolle nisi ab ipso solo dependere: *In manibus tuis sortis mea.* Pl. 30. v. 16. & sic tempus lucrabere, quod perdis in cogitationibus inutilibus, vel inquietis.

4. Considera noluisse Apostolum figillatim recensere, quæ patiebatur, dicendo: *Potens est servare labores meos, vincula mea, verbera mea,* sed omnia complecti voluit nomine generico depositi sui, ut te doceat, non curandum, ut eorum DEO minutim memores, quæ pro ipso es passus, quasi ostentare illa velis, sufficit eorum aliquando generatim meminisse, ut te animes, an putas, si etiam eorum obliviscaris, te non inventurum omnia minutissimè servata, quæ pro illo es passus? Ne dubites: non peribit vel stilla sudoris, ne dum sanguinis. Quod plus est: *Capillus de capite vestro non peribit,* cum fuerit recitus pro Deo. Luc. 21. v. 18.

5. Considera, quare non dicat Apostolus: *Scio, quia depositum meum servabis:* sed solum: *quia potens est servare.* Hoc facit, ut efficaciore u-

tatur modo loquendi. *minutissimè* sed plus significat, an non curandum Dominum in custodia sua optinere, quidquid pro eius amore est facturum, quia nostro modo servandi majorem injuriam DEO res, si ejus fidelitati diffideres, diffideres viribus. *Potens est servare, servabis,* non injuriam DEO (dicebat Apostolus opprobriis) ut obliviscatur operis dilectionis, quam ostendit in ipso. Hebr. 6. v. 10. & tamen iste modus loquendi: dicendum tuis videbatur; non immemor est, ut obliviscatur: quam ut dixit, *Non est injustus.* Verumtamen dixit, ut intelligatur, qualis sit Deus, de quo agitur. Inter non-vio rei alicujus non magne, quam data sit in depositum, potest aliquid sine culpa accidere, sed non illi. Ille in magno mentis suæ tenens est servare vel stipulam, quæ causâ sit humo levata. & idcirco re hoc possit, etiam debet: & idcirco non possit oblivisci operis particularis pro se facti, quam de justus. hinc est, quod hominibus ne quadret illud momentum Ecclesiastici 42. v. 7. *Quodcumque tu adparaveris, & appenderis: datum vero est tibi omne describe.* ac respectu DEI superfluum, adeoque injuriosum, curæ totum perimite, tibi dandum, quod sit potens servare depositum, ut noveris, quod servare

nos, si servat, non fideliter redditurum aliquando: ita homines faciunt, sed non DEUS.

6. Considera, quare dixerit Apostolus: *certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem*, hoc est, in extremum diem. non poterat obtinere à DEO, ut etiam prius reciperet istud depositum, atque ipse in Terra reciperet saltem partem mercedis quam paulatim prosequeretur per labores toleratos pro Deo? Poterat utique (quis dubitet?) sed non carabat. Satis illi erat debitum suum servari in diem, quem diximus. Minus providi, cum laboriosum quoddam opus faciunt pro aliquo, vel temporosum, volunt solvi in dies, & sic nunquam fiunt locupletes: qui sunt magis providi, potius amant contrarium: malunt recipere postremo die simul omnem solutionem. Quid agis ergo, cum tacite quereris, cum DEUS omnino tui esset oblitus? Instorfallis, ut ille in dies te solvat? Sufficiat differri in diem ultimum, *in illum diem, in illum diem*. ita longè sera dition. Sed quis ille dies ultimus? Est dies Judicij Particularis, & dies Judicij Universalis. In illo die particularis Judicij DEUS minutissime rependet mercedem pro omnibus, quæ ejus causâ passus es: & in illo Generalis Judicij præterea reddet corpus, in quo passus es. Atque hoc est alterum depositum, de quo loqui hinc præcipit Apostolus, cum dixit: *Potens est depositum meum servare*, corpus tuum ita fatigatum, mortificatum,

maceratum, vulneratum. Primum depositum spectat ad primum ex his diebus, alterum, ad secundum, nominatur autem *dies ille* sine addito, quia non est alius illi similis in bonum bonis, in malum improbis. Atque hic est dies, cujus semper oportet probè meminisse ad te confortandum, dum tacite in corde dicis: *Pavor, sed non confundor. Scio enim, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem*. non illo die, quia illo die non amplius debet servare tibi sed reddere. Sed *in illum diem*, quia ultra diem illum non est servaturus. *Ecce, venio cito: & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.* Apoc. 22, v. 12.

7. Considera ex hoc loco posse colligi, ne summis quidem sanctis negari, quin seipfos, maxime tempore afflictionis, angustia, adversitatis, animent spe certissimi præmii: imò hoc satis frequens illis fuit, uti cognosces, si sacras paginas percurras. Verum est, aliquando dæmoni, ut majori cum probro abigatur, nec tam facile redite velit ad turbandam quietem tuam his tentationibus diffidentia, ita dicendū: *Scio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem*. at si is etiam servare nolle, sed oblivisci depositi, meâ, uti aliàs potest, damnatione permissâ, ad respectum tuum pergam illi servire, quam maxime potero, quia tantus est Dominus, ut se solo mereatur amorem omnium etiam, quos ipse oderit. In

hâc ferè sententiâ tres illi gēerosi pueri Nabuchodonosori Regi locuti sunt, cum ad Idololatriam illos compelleret, nequicquam præterdēns, quod illorum DEUS unquam è suis manibus eos esset liberaturus. *Quis est Deus, qui eripiet vos de manu meâ? Dan. 3. v. 25. Non oportet reponere tibi, non oportet nos de hac re respondere tibi: quod foret tempus perdere. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ô Rex liberare. quod si noluerit, notum tibi sit Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* O Responsum planè Divinum! atque hoc est, quod reddendum dæmoni, cum intentat ad Idola sua, vitia, inquam, & vanitates, adoranda te pertrahere sub prætextu te denique damnatum iri. *non oportet, dicendum est, non oportet de hac re respondere tibi.* ego nolo hic tecum disputando contendere, ô Rex tenebrarum. scio DEUM nempe posse mihi longè plus præstare boni, quam ego merear. *Ecce DEUS meus, quem solo, potest eripere me de camino ignis*

ardentis, ubi tu tot jam seculis
 & de manibus tuis me liberare
 etiam nolit ob maximas à me
 injurias: quod si noluerit, non
 me hoc etiam eventu daturum
 ut ipsi serviam ad mortem ad
 quâ potero, fidelitate, ut ipsum
 ipsum adorem. nec fiet unquam
 quàm ipsi genu flectam. Non
 Rex, sed Rex tenebrarum, non
 bi, quod deos tuos non colo, &
 auream, quæ est felicitas à te
 promissa, & statuam auream,
 rexisti, non adoro, nec adoro
 demon tentare te desinat in
 teria diffidentia circa salutem
 fortè omnium crudelissima est
 malis hoc die locum istum Ap
 tam præclarum, quem disculsi
 plicare iavictissimo Martyri Lau
 tio, cui optimè quadrat, id recipere
 re facillimè poteris. O quanto
 ctu ille dixerit in pœnali sua
 Patior, sed non confundor. scio
 cui credidi, & certus sum, quia
 est depositum meum servari
 in illum diem.
 * * *

XI.

*Si quis existimas se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se sciat
 Gal. 3. v. 6.*

2. **C**onsidera, si bene perciperetur sententia, quam hoc loco tibi contemplandam proponit Apostolus, jam in mundo vanam gloriam fuisse cessaturam. unde est; quod tam tibi in dies magis superbiat. *Superbia eorum, qui te oderunt, avertetur semper. Pl. 73. v. 23.* quia in die

uacuum magis in cognoscendis seipfis.
 existimant ex se ipsis se esse aliquid,
 cum revera nihil sint. Audi igitur
 generalem denunciationem, quæ om-
 nes complectitur: *Siquis, quicumque*
se, siquis existimat se aliquid esse: non
scit aliquid magis, sed aliquid, siquis
existimat se aliquid esse, cum nihil sit,
ipse se seducit. Ita igitur est summa
 veritas, quam denique persuadere ti-
 bi debes, te ex te ipso nihil esse. Ni-
 hil a. & quare? quia ex te nihil ha-
 beamini solum peccatum, quod est sum-
 me nihil. quidquid possides præter
 peccatum, à DEO est. Hic est mo-
 dus adipiscendi veram humilitatem, in
 hac cognitionem se penitus immer-
 gere, quia quantumvis substantia hu-
 manitatis in voluntate consistat, quæ
 se modo teste demittit, nihilominus vo-
 luntas non aliunde legem accipit ma-
 gis, nisi se demittendi, quam ab
 intellectu.
 2. Considera te imprimis spectari
 posse juxta ea, quæ unice à natura
 possides, arque in hoc statu, *si existi-
 mas te esse aliquid, seducis te ipsum,*
quia ex te nihil es. Nihil es quoad
 substantiam: *Nihil es quoad opera-
 tiones, quæ ut propriæ à tali substan-
 tia procedunt.* *Ubi ergo est gloriatio*
tua? Rom. 3. v. 27. Si substantiam
 spectas, scisne, quid sis, quantum est
 ex te? Id, quod eras tot ante seculis,
 quam nascereris. In eo profundo con-
 templare te ipsum. ò abyssum ma-
 ximum! quò longius procedis inter
 eas umbras, inter horrores quaeritu-
 ras te ipsum, tantò minus reperies. Id

igitur, quod eras tot ante seculum tuam
 seculis, etiamnum es: nihil omnino
 es, quia nihil es ex te ipso. Si es, so-
 lum es, quia DEUS esse dedit, & ad-
 huc conservat. Itaque si hoc modo
 es, à te non es. Dices forsitan, an igitur
 à se nihil est illa imago speculi,
 quamvis personam tuam ita ad vivum
 repræsentet? nihil profecto. & qua-
 re? quia omnino à te dependet.
 quamprimum te avertis, illa jam eva-
 nuit. Idem dici de te potest quoad
 DEUM, cujus imaginem sustines, sed
 veram, non apparentem. *Ad imagi-
 nem quippe DEI factus est homo.* Gen.
 9. v. 6. fac illam tantillum avertere
 faciem suam: Ecce quamprimum in-
 tuum nihilum recides. *In nihilum re-
 digam te, & non eris: & requisita non
 invenieris ultra in sempiternum, dicit
 Dominus DEVS.* Ezech. 26. v. 21. Si
 spectes operationes, quæ ut propriæ à
 tali substantia procedunt, cujus sunt?
 illius utique, qui eam substantiam ti-
 bi dedit, & adhuc conservat. Fructus
 arboris cujus sunt opinione tuâ? an
 rami, qui eos proximè producit, an ra-
 dicis, quæ dat ipsi ramo, ut sit? si à te
 nihil habes in eo, quod es; nec habe-
 bis aliquid de eo, quod operaris. *Ec-
 ce vos estis ex nihilo, & consequenter,
 opus vestrum ex eo, quod non est, hoc
 est, ex eo, quod non est vestrum.* Ita.
 41. v. 24. Quæ nobilior operatio,
 quam umbræ styli in horologio solari
 horas designantis, quin aberret ali-
 quando? nemo tamen eam umbræ
 sed soli tribuit, à quo umbra depen-
 det. tu verò ita dependes etiam à
 DEO.

DEO. aliud inter utrumque discrimen non est, nisi, quod illa non volens, tu volens opereris. Sed hoc ipsum velle à DEO est, qui principio tibi dedit liberam facultatem, & qui deinde semper influit in actus singulos voluntarios, quos facis, sed tali genere influxus, quod sit proportionatum facultati, hoc est, quod equidem vires tibi tribuat agendi, sed non eogar. & si ita est: ubi est ergo gloria tua? quisquis in statu suo naturali omnino pender ab alio, à se non est. atque ideo dixit Apostolus: *Siquis existimat se aliquid esse (intellige à se) cum nihil sit, ipse se seducit*, quia reverà ille solus est, qui à se ipso habet, quod sit. *Ego sum, qui sum*: hoc est, *qui sum a me ipso*. Ex. 3. v. 14. Id, quod DEUS præclare docuit dilectam suam Catharinam Senensem, cum quaereret: scisne, qua sit differentia te inter & me? *Ego sum, qui sum; tu es, qua non es*: hoc est, *qua non es à te ipsa*, & hoc sensu, non es.

3. Considera secundo loco spectari te posse in statu Gratiae, atque in hoc statu fortè facilius potes aliquà tui æstimatione inflari, dicerèque: *Non sum sicut ceteri hominum?* nihil minus, sed prorsus oppositum. nam si in hoc existimas te esse aliquid, majori errore deciperis, quàm in primo, quia manifestius à te ipso nihil es. si iste status est gratiæ, ipso vocabulo monearis, te quidem habere gratitudinis causam, sed non jactantiæ. Accipe rationem. Cum omnibus naturæ do-

nis, quæ habes, an fortè vel tantum efficere potes, quo vram eternam? certe non potes. hunc requiritur etiam gratia: *Habitualis*, inquam, & tribuit illa te reddit Justum, & tribuit tatem operandi bene: illa facit rari ut Justum, qualis es, & tribuit. Ut probe videas, non pupillas oculatorum esse facultatem opus est ad cernendam rem quæbee objectam prompto humeris. Idem in casu nostro non satis est animam esse Gratiam Habitualement, quam potes, quia hæc solum tribuet agendi opus insuper est ad omnem ad hunc statum propriam Gratiam adminiculo. *Ubi est ergo gratia?* Fortè tibi tribues, quod solum quid si hoc ipsum sit à Gratia, quæ te juvat, ut jungas operam: *hinc potestis facere*, aiebat Christus. 15. v. 5. non solum non potestis facere, prout Pelagiani intellexerunt, sed non potestis facere ullum, nisi mini non solum tribuendum, sed facile videat pupilla, sed quod omnino videat. & sic non solum in prima vitæ spiritualis opus tibi est caritati, sed etiam deinceps, sed semperque ad ultimum vitæ habitum. est habitus sancti operis longæ suetudine contractus, qui sufficit supplendum defectum gratiæ. ste exemplo papillarum, quo magis declaratur. Quantum exercitatiæ jam inde à primo usum habeant videndi perfecti,

minas lumine indigent ultimâ diei ho-
 ra quâ primâ, nisi velint à videndo
 delibere. quamprimum lux cessat,
 etiam visio cessabit. Ita tu quoque
 cessare velis ab opere bono, eod-
 em modo semper indiges gratiâ. &
 quare? quia ex te nihil potes. *Om-
 nis sufficientia nostra ex DEO est.* 2.
 Cor. 3. v. 5. & consequenter à te quid
 ex statu Gratia? merum nihil. *Si-
 quis existimat se aliquid esse in tali sta-
 tu, sciam nihil sit, ipse se seducit.*

4. Considera tertio loco posse te
 peccari in statu infelicissimo peccati:
 quare in hoc statu, si existimas te ali-
 quid esse, stultus es, quia non solum
 nihil es, sed minus nihilo. causa est,
 quod sis redactus ad statum deterio-
 riâ nihil. *Bonum erat ei, si natus
 non fuisset homo ille.* Mat. 26. v. 24.
 Hic est status, qui in te torus à te na-
 scitur, & ideo deterior est nihilo, quia
 tu te facere non nisi malum potes.
 Unde parum te juvat esse, si hoc ha-
 bere necesse est, quod est à te: juvat
 parum non esse. *Ubi est ergo in tali
 statu glorioso tua? gloriaris forsitan
 ingenio, quo uteris in peccando, sa-
 guinate, vigore animi, ut solent illi,
 qui sapientes sunt, ut faciant mala?*
 Mat. 4. v. 12. at dotes ista omnes à
 DEO proficiuntur, tu aliud non a-
 gis, nisi quod illis abutaris. Id quod
 tuo inest actioni peccantis, non est
 nisi mera malitia? & tu propter istam
 multum te extollis? imò hoc unum
 est, quod merito erubescas super ter-
 ram. Paupertas, ignobilitas, inca-
 pacitas per se non sunt causa erubescen-
 di, quia non sunt à te: sed, si rite
 perpendimus, sola malignitas, quâ à
 te procedit. *Erubescite super vijs ve-
 stris Domus Israel.* Ezech. 36. v. 32.
 Quis igitur explicet, quantam habeas
 causam erubescendi, cum posito ante
 oculos ingenti cumulo peccatorum,
 quæ commissisti, dicere cum veritate
 potes: *Iniquitates mea supergressa sunt
 caput meum.* Pl. 37. v. 5. Cogita,
 quàm multæ sunt commissionis, &
 quantò plures etiam omissionis, ut a-
 deò vita tua huc usque acta non a-
 liud fortè futura sit quàm una que-
 dam continuatio, seriesque peccati.
 Cur igitur in tali statu non desideras
 potius omnino non esse? hæc sola
 causa est, quia per penitentiam potes
 tali statu exire. Hoc si abfuerit, sine
 dubio optabilius tibi foret non esse.
 Damnato datur in pœnam, ut sit: *Luct,
 qua fecit, omnia, nec tamen consumetur.*
 Job. 20. v. 18. Itaque damnato pejus
 erit esse quàm non esse: meâ quidem
 Sententiâ. Sed idem in casu nostro e-
 venire solet. DEUS in pœnam dat
 esse peccatori super terram, quando
 prouidet non usurum ad peniten-
 tiam, sed ut pergat peccare. Talis
 ergo peccator, qui vult pergere in pec-
 cando, nec agere penitentiam, etiam
 ipse versatur in statu, qui sit deterior
 nihilo. *Melius est non esse, quàm ma-
 le esse.* Hieron. in Jer. 20.

5. Considera hætenus te vidisse ni-
 hilum *Absolutum*, quod in te reperi-
 tur. restat, ut etiam videas *Compara-
 tivum*, illud, inquam, nihil, quod mag-
 nis relucet, alteri comparatum. op-
 pone

Bbb b

pone te ipsum magnis illis Sanctis, qui in Cælo regnant, Apostolis, Patriarchis, Prophetis, Martyribus, & tot alijs Spiritibus sublimissimis, qui, ut tu modò, vixerunt olim in hoc orbe, sed quantò te meliores! quid tibi videris esse in eorum conspectu? an te invenis? an agnoscis? existimas te esse aliquid? fieri non potest, quin æstimatione tuâ saltem minui incipias quasi pygmæus coram exercitu Gigantum. *Respiciet homines, & dicit: Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi.* Job 33. v. 27. Ulteriùs progredere, & prætergressus omnes ordines Empyreï, consilte ante thronum sanctissimæ Virginis, quæ ceteros sanctos modò memoratos tantùm superat, quantum illi te anteccedunt: *Mons in vertice montium.* Is. 2. v. 2. quid hîc tui reliquum est? ecce jam evanuisse te cernis quasi granalum arenæ ante faciem Olympi. Sed neque hîc necesse est quiescere, alitùs enitere. vade usque ad conspectum ipsius DEI, & eo vix conspecto demitte oculos ad videndum, quis sis. Hîc enim verò hîc ex toto nihil es, &

minus, quàm minima sancti-
composita. Si ad eas conspici-
hil apparent omnes simul. Nihil
hil Patriarchæ, nihil Propheta-
Martyres, nihil Sancti ceterorum
Matre sanctissimâ: *Omnes enim
non sint, sic sunt coram eo.* Il. 2. v. 2.
de te quid erit misero peccatore
quid videris tibi jam reverentia
mum nihilum, in quo omnino
seculis sepultus eras? qui igno-
tione venire in mentem tibi possi-
superbias etiam coram DEO. An-
rem tui quàm legis sur ratione
beas? Ecce igitur, quid agere
mo alitè impressum habet hoc
hilum primò absolutum, de-
lud non sufficiat, etiam con-
vum. Tunc fieri non poterit
huc existimes te esse aliquid: hi-
nim esset ad lucem meridianam
le cæcutire. Et hoc nimirum
quod ait Apostolus: *Signum est
se aliquid esse, cum nihil sit, quod
ducit.* nam qui aliquam detra-
bet existimationem, fallitur, quod
falli: *Non seducitur, sed esse
adeò palpabilis est error, & vultus*

XII.

Sancta Clara.

Estote quasi Columba nidificans in summo ore foraminis.
48. v. 28.

1. **C**onsidera, quomodo DEUS ex-
cidium meditans regionibus
Moabitarum, non solum magis
feratione id illis denunciavit

miam (quasi non ausus vibrare fulmen, nisi prænouisset per tonitru) sed præterea dignatus sit hoc illis fugerere singulare monitum, ut imitarentur columbas, quæ nidificant non in sinu, sed in ore foraminis, quod pro receptaculo habent, ut eo sint promptiores ad fugam, si ruina tectis immineat. *Esote quasi columba nidificans in summo ore foraminis.* Hoc est monitum, quod quisque in hoc mundo spirituali sensu recipere debet quasi dictum sibi à Dōm no. O quantum excidium est, quod infelici huic mundo jam jam imminet! quid igitur agere nos convenit? oportet semper remissis diversorium nostrum esse diversorium ruinofum: arque adeo in eo equidem habitare, quantum placuerit DEO, sed semper paratissimos ad discessum, vel potius ad fugam. *Esote in summo ore foraminis.* nunquam debemus hinc figere animum, quasi stabilem habituri nidium, imò debemus nos omnibus liberare retinaculis, omnibus remoris, ut quovis momento sinus in procinctu ad volandum: *quasi columba* (quod alibi DEUS dixit per Isaiam Prophetam) *quasi columba ad fenestras suas.* II. 66. v. 8. Beati, qui perfectè adimplent hoc monitum. isti sunt veteri exules super Terram.

2. Confidera, si ullus unquam hoc monitum implevit, ut oportet, maxime implevisse Divam Claram sanctitate vitæ celeberrimam cum numerosa turba religiosissimarum filiarum, quæ hodie ejus regulam observant,

sed juxta primævi rigoris institutum. Itæ profectò sunt in mundo veræ Columbæ, quæ nihil ejus concupiscant. Sunt & aliæ columbæ, quis nescit? Columbæ ob summam illam puritatem, quæ vivunt, Columbæ ob solitudinem, Columbæ ob simplicitatem, Columbæ ob altissimum volatum, quo feruntur in Cælum per contemplationes secretas, Columbæ ob ardentem charitatem, quæ ipsis est causa languoris, Columbæ ob compunctionem assiduam, quæ illas irrigat lacrymis, Columbæ ob castum Domini timorem, qui pavere facit ad omne periculum culpæ etiam levioris. quid autem? Non deerunt aliæ fortassis è Sponsi Christi, quæ illas in his dotibus æquent aliquando. illa, quæ sine dubio vincunt omnes, est, quod sint de Columbis hinc ab Jeremia descriptis, hoc est, quæ de misero hoc mundo, in quo necesse est ipsas vivere, quàm fieri potest, velint minimum. Vide, quomodo revera nidificent *in summo ore foraminis.* nihil habent. summa est angustia habitationis, summa penuria victus, summa pauperies vestitus, lectus arctissimus, si tamen est lectus, qui potius ad vigilandum stimulat, quàm invitatur ad somnum. Quid minus retinere de mundo possunt? quid mirum proinde, quod sub finem tam promptæ sint ad migrandum? sunt solutæ, sunt expeditæ, sunt *in summo ore foraminis.* Satis est audiri primam vocem Sponsi invitantis: *surgere propera Columba mea, & veni.* Cant. 2. v. 10. cum promptæ sunt ad volatum illum

illum maximum, qui eas ab uno mundo transmittit ad alium. Quid ergo ijs fiet, qui modo profusus contratio animabus hisce electis ita inhererent mundo, ut in ipso quasi corde nidificent? sunt isti fortè *in ore foraminis*? Ah ut quærunt nonnulli semper ad interiora penetrare magis cum nido suo!

3. Considera, quanta sit sine dubitatione dementia tua, si non verearis esse de numero eorum, qui tam malè sibi consulunt. an non vides quam primum ex hoc mundo migrandum, velis, nolis. ut quid igitur adeò illis hæres affixus, quasi spondere tibi posses æternum isthic domicilium? Columba prudentes nidificant *in summo foraminis*, qui in interioribus nidum ponunt, sunt seductæ: *Factus est Ephraim, quasi Columba seducta, non habens cor.* Os. 7. v. 11. & quare sunt seductæ? quia inescatæ illo exiguo milio, quod illis quotidie in sua cavca præbetur, non amplius ad liberta-

tem aspirant. Non habent cor animi, ut hoc audeant: non habent cor. Vident pulchritudinem terrarum, valles, flumina, fontes, herbosâ. vident Cælum ipsam, eas ad se vocat, & tamen non deserunt, ut pro illo deserant vile adeò amor, quo in hoc seruntur seduxit, etsi quotidie magna tur stragem ab altore suo, qui trit ad lanienam. Et tu non desceis ab his accipere stolidum plum? Illas Columbas numerat laudat Dominus, non quas vincunt. Ex hoc momento serio perpende sine vincula, quibus magis acturis huic mundo, illa excurrunt Dominus jam jam tuo etiam redidit minatur. Mors in die appropinquat. quid ergo te pro eo, quod existendum hoc *in summo ore foraminis,* ab eo tantum distabis?
* * *

XIII.

Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos.
15. v. 12.

1. Considera, quàm libenter oportet exequi praeceptum istud dilectionis fraternæ, quod Dominus suum appellavit: *Hoc est praeceptum meum.* Hac ratione honorare illud voluit prætor aliis, quæ ex ejus ore manârunt, sive quòd sit spectatissimû, si in sensu parti-

culari sumatur, sive quòd ad illud nia reducatur, si sumatur in panem. *Qui enim diligit proximum, legem meam Rom. 13. v. 8.* nec obstat, quòd hoc sum praeceptum jam fuerit in Soma. Deo: quia non erat datû verbis, sed cellis atq; sublimibus, quibus Christus

illud promulgavit, cum dixit: *Hoc est*
panis carnis et sanguinis mei, ut diligatis invicem,
ut diligatis vos. & ideo merito suum
 vocare voluit, quia si suum non fuit
 quoad substantiam, fuit certe quoad
 modum. atque ad hunc modum con-
 templandum nos Christus invitat per
 particulam *secur*. Indubium est, vo-
 luisse per eam hoc loco definire quan-
 titatem amoris, quia ipsius amor fuit
 immensus, quo posito, quis equare
 illum possit? solum definire voluit
 qualiter: & ad hanc legem obligat
 legem discretissime precipi-
 ens. ita ut si non possumus per-
 tingere ad equalitatem amoris, saltem
 conemur ad eam similitudinem. Pete
 à Christo efficax lumen bene percipien-
 di regulam, quam ille in amando ser-
 vavit illi exactè te possis conformare,
 prout facit, qui à proposito exem-
 plari depingit imaginem ab omni er-
 rore securus.

1. Considera primo loco, quomodo
 Caritas nos amavit rectissime. Recti-
 tudo amoris, quo diligimus quem-
 cunque proximum, tria requirit. I.
 in istis in ipso distinguere inter
 substantiam & substantiam, hoc
 est, inter corpus & animam, ita ut ame-
 mus animam propter Deum, & corpus
 propter animam, & consequenter ma-
 gis amemus animam quam corpus. *or-*
sonavit in me charitatem. Cant. 2. Ita
 Caritas fecit, qui proinde in Aposto-
 lo adeo sibi dilectis non amavit cor-
 pus, nisi propter animam, dum man-
 davit, ut illud viciatè exponerent in
 utilitatem istius summis laboribus,

paupertati, doloribus, laniens: *Non*
terre camini ab his, qui occidunt corpus.
 Luc. 12. v. 4. & non amavit animam
 nisi propter DEUM, quia eos non vo-
 cavit ad se animi vel pompæ causâ, sed
 ut omnes efficeret Sanctos. *Elegit nos*
ante mundi constitutionem, ut essemus
sancti. Ephel. 1. v. 4. Tu quomodo
 observas hanc regulam, dum proximo
 libenter largiris eleemosynam corpo-
 ralem, si nudum aspicias: sed non ita
 spiritualem, si videas errantem: imò
 aliquando non vereris illi dare consi-
 lia etiam noxia salutem æternam, quia vi-
 des esse utilia temporalia. *Charitas non*
agit perperam, prout contingit, cum in
 amore ordo turbatur. 1. Cor. 13.

II. Rectitudo in amore proximi
 exigit, ut sciamus in ipso distinguere
 inter substantiam & accidens, ita ut in
 ipsis odio habeamus peccatum, quod
 habet à se, at semper amemus natu-
 ram, quam habet à DEO. *Omnis qui*
diligit eum, qui genuit, diligit & eum,
qui natus est ex eo. Jo. 5. v. 1. Ita Chri-
 stus fecit, qui quantumcunque in Ju-
 da summè oderit ejus malitiam, nihil-
 ominus juvare illum non destitit, &
 artes omnes adhibere, ut pertraheret
 ad bonum, illius pedibus quasi vilem
 servulum se advolvit, lavit, terfit, am-
 plexus, & oscula dedit excessu teneri-
 tudinis inaudito, nec dubitavit illum
 honorare titulo Amici vel in ipso actu
 proditoris sacrilegæ: *Amice, ad*
quid venisti? Tu verò quomodo hanc
 regulam observas, dum in proximo
 tuo quotidie delictum confundis cum
 delinquente, & quia injuriam aliquam

Bbb b 3 tibi

tibi fecit, illico cælo ignem evocare vis, qui illum absumat? *Charitas non irritatur* contra vitiosum, sed contra vitium tantum. 1. Cor. 13. III. Re-
 stitudo in amore proximi vult itidem nos distinguere inter accidens & acci-
 dens, quia non omnia sunt ejusde in
 generis. Quædam accidentia sunt
 bona, & tales sunt virtutes; quædã ma-
 la, & talia sunt vitia; quædam in-
 differentia, & talia sunt nobilitas, a-
 gendi genius comis & amabilis, do-
 tes animi, redditus annui, ceteraque
 vel naturæ vel fortunæ bona. Hæc
 accidentia diversã, cum in eadem per-
 sona junguntur, facile confundunt a-
 morem incautum. unde fiet, ut credat
 ejusmodi se amare Susannam, quia
 est *timens DEVM*, & non advertit se
 equidem amare, sed quia est *pulchra-
 nimis*: Non sic Christus. ille amavit
 omnes propter id, quod pro tempore
 vidit dignum amore. & ideo sicut se-
 mel Petrum beatum appellavit, quia
 loquentem audivit secundum Spiritum:
*Beatus es Simon Bariona, quia caro &
 sanguis non revelavit tibi: ita aliã vice,*
 quia secundum carnem loquebatur,
 Satanam vocavit: *Vade retro Satana,*
quoniam non sapis, quæ DEI sunt, sed
quæ sunt hominum. Marc. 8. v. 33. Tu
 quomodo hanc regulam observas,
 dum aliquando quavis aliã causã a-
 mas proximum, quàm cujus gratiã a-
 mandus est, quæ est sola probitas mo-
 rû? *Charitas non gaudet super iniqui-
 tate, congaudet autem veritati.* 1. Cor. 13.

3. Considera, quomodo Christus
 non tantum rectè nos amaverit, sed e-

tiam efficaciter, quia non tantum
 de amavit, sed & opere. Ipsi enim
 jus percurrere, & videbis, quæ
 utilitate nostra fecerit. nec
 to quidem quievit. & quod
 facere potuit, quàm fecit, quod
 dus, derelictus, derisus, mo-
 in Cruce pro nobis voluit, ita
 latrones suspensus? *Majorem
 ratem nemo habet, quàm ut am-
 ponat quis pro amico suo.* Jo. 15.
 haud paulò plus fecit, quàm
 cesse erat. quia eandem salu-
 trare nobis uno singulo, uno
 potuit, & tamen voluit etiam
 ne comparare. *Dilexit nos, &
 nos à peccatis nostris in sanguine
 poc. 5. Tu quomodo gloriaris
 quasi pari efficaciã ames proximum
 dum amor tuus est sterilis, nec
 ctus, sed in solos verborum
 se diffundit? *Ubi verba sunt
 ibi frequenter egestas.* Prov. 10.*

4. Considera, quomodo Chri-
 nos amaverit non solum efficaciter
 sed etiam veraciter, quia tantum
 vit, quantum opere ostendit, imo
 tò magis amavit, quia quæ
 ageret pro utilitate nostra, nos
 opere æquare magnitudinem
 quo nos complectebatur, ut
 infinitus. Tu verò quoties
*Spiritus sanctus disciplina est
 Sap. 1. v. 5. Id verò quando
 git? Tribus casibus. I. Quæ
 præfers majorem amorem
 quàm reverà habeas, quæ
 est, quia est fictio Amplificationis
 xigua dabit, & multa impro-*

Etcl. 10. v. 15. II. quando ostentas
 amore, & non amas, quæ fictio peior
 est, quia est fictio Adulatoris: *Simula-
 tor ore decipit amicum suum.* Prov. 11.
 19. III. quando demonstras amo-
 rem, & non solum non amas, sed etiam
 odio habes, quæ fictio pessima est, quia
 est fictio proditoris. *Ita qui potum dat
 amico suo miscens fel.* Abac. 2. fieri
 potest causâ aliquâ honestâ, ut quis
 certus amoris præ se ferat, quàm reve-
 ra habeat, sicut Christus, ut nos exem-
 plo crudiret, sic egit, quasi minus ama-
 ret. Matrem suam sanctissimam: *Quo-
 mō Mater mea?* sed non potest ama-
 re minus, quàm foris ostendat: *Dilectio
 sine simulatione, non sine dissimulatione,
 sed sine simulatione.* Rom. 19. v. 9.

5. Considera, quomodo Christus
 nos amavit non solum veraciter, sed
 etiam gratuito, quia nos amavit absq;
 ullo suo vel levissimo emolumento, o-
 mnes illam gloriam, quam ut Redem-
 ptor à Patre tuo consecutus est, pote-
 rat, si vellent, atque consequi solo titulo
 Filii naturalis, sancti, innocentis, im-
 polluti, segregati à peccatoribus: atq;
 ideo, si nos amavit, sponte suâ, & quia
 ita placuit, amavit. *Sanabo contritio-
 nis eorum, diligam eos spontaneè.* Ose.
 14. v. 15. non amavit, quasi ullum à
 nobis accepisset beneficium, cum po-
 tuit innumeris sit affectus injuriis: nec
 amavit, quod beneficium speraret,
 quia videbat à se amari homines par-
 tum ingratos, parim impotentes: atq;
 ita amavit amore benevolentia, qui
 possit esse, limpido maxime que
 sincero, quia non solum utilitatem no-

stram procuravit ut suam, sed unice
 procuravit nostram. *Christus non sibi
 placuit.* Rom. 15. v. 3. Tu vero quàm
 procul abes ab amore tã pulchro! *Cha-
 ritas non quarit, quæ suæ sunt.* 1. Cor. 13.

6. Considera denique, quomodo
 Christus nos amavit non solum gratui-
 tō, sed & fortissimè in finem usque:
*Cum dilexisset suos, qui erant in Mundo,
 in finem dilexit eos.* Jo. 13. v. 1. Non erat
 ejus amor, qualis plerumque solet esse
 mortalium, amor inconstans, amor in-
 stabili, sed semper fortissimus, etiam
 in Cruce, nam vel in ipsâ Cruce roga-
 vit Patrem pro illis carnificibus, pro
 illis crudelibus, qui tantâ rabie eum
 confixerunt: *Pater dimitte illis: non
 enim sciunt, quid faciunt.* Luc. 23. v. 34.
 atque ideo non solum erat fortis usq;
 ad mortem, sed fortis ut mors, imò for-
 tior morte ejus dilectio, fortis ut mors,
 quia nō est passus se vinci à morte, ut
 amorē deponeret, nec quidē erga eos,
 qui illâ inferebant: & fortior morte,
 quia eam vicit pro illis etiam morien-
 do. Quam tu firmitatem habes in a-
 mando proximo? *omni tempore diligit,
 qui amicus est.* Prov. 17. & ideo qui a-
 mare nescit nisi ad tempus, non est a-
 micus, nec illo quidem tempore, quo
 amat. Istæ sunt quinque prerogati-
 væ, quas habuit amor Christi, nobis i-
 mitabiles. Unde cum audiveris de-
 inceps dici: *Hoc est preceptum meum,
 ut diligatis invicem, sicut dilexi vos,* sta-
 tim intelliges, quid inferre voluerit,
 cum dixit: *sicut.* dicere voluit: *Re-
 tē, efficaciter, veraciter, gratuito, immo-
 biliter,* quæ sunt capita, ad quæ cetera
 demum

demum omnia reducuntur. solum hinc observa mutuum inter nos amore merito longè majorem esse oportere, si foret possibile, quàm fuerit erga nos Amor Christi, quia ista inter nos conjunctio maxime nobis prodest vel, ad ipsam beatitudinis aeternae consecutionem. *Frater, qui adjuvatur à Fratere, quasi civitas firma.* Prov. 18. v. 19. cum se solo quisque debilissimus existat: porro Christus tantum poruerit solus, quantum cunctis colligatus

hominibus: unde ille propriè amavit amore Patris, nos porro tres invicem diligimus. Nam ergo magnopere mirandum, quod esse sic Christo proprium prodest Exemplum, ut ad amorem nostrum incitet? imò verò si etiam foret obligatio diligendi invicem, tandè esset, ut eam nobis imponere tantum afferret nobis emolumentum hic amor.

☉ (o) ☉

XIV.

Iustorum anima in manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & astimati afflictio exitus illorum, & quod à nobis est iter exterminium, autem sunt in pace. Sap. 3. v. 1.

Considera, quomodo Justus, quamdiu vivit, aliud non agat, quàm ut animam suam continuò DEO offerat: Unde, quemadmodum Sacerdos Hostiam manibus sustinet, cum illam ad aram offert his vocibus: *suscipe sancte Pater hanc immaculatam hostiam* &c. ita Justus dicitur ad hunc finem animam quoque suam tenere manibus: *Anima mea in manibus meis semper.* Ps. 118. v. 109. Finito deinde actu oblationis, quod sub vitæ exitum contingit, transit anima de manibus Justus ad manus DEI, sicut & hostia, cum fuerit oblata, transit de manibus Sacerdotis. atque hæc est propria ratio, ob quam dicitur hoc loco: *Iustorum anima in manu Dei sunt.*

quia hinc, uti contextus ostendit, est de Justis, qui jam finierunt vitam, atque adeò oblationem suam offerunt DEO. quamdiu vivunt, non dicitur Dominus manus suas imponere animabus: *Prospice me manum tuam.* Ps. 138. v. 5. quod est tempus eas protegendi: post mortui fuerint, rectius dicitur manus illorum suis imponere manibus: tunc non est tempus eas protegendi sed suscipiendi: & in quem transit, ut blandè habeat, ut dicitur, *ut coronet quatuor mactas triumphales.* O te beatissime, tu quoque fueris ex eorum numero Justorum, qui continuò DEO tantam acceptam animæ suæ oblationem

ecce quam præclarum inde habiturus
 appropinquat. tu quoque transibis ad
 quiescendum in manibus ejus. *Iustus
 animam in manu DEI sunt.*

2. Considera, quomodo hic specia-
 ter sermo sit de ijs Justis, qui mul-
 tum passi sunt, uti sunt Martyres, &
 alij, qui in hoc Mundo DEI causâ re-
 licti sunt ad vitam laboriosam, pau-
 perem, penitentiam & mortificatione
 castitatem. Ili enim verò solennem
 ipsorum oblationem fecerunt: unde
 tanto majorem habet rationem in
 morte illorum animas suscipiendi ma-
 gis, & ut charas victimas secum de-
 ferendi in gloriam Paradisi, dum eas
 videri exire corpore ob amorem sui a-
 ctu vulnerato, adeò confuso. Hinc
 videtur dici justos hosce tam contentos
 morti, ut nec sciant, ut ita loquar, quid
 sit tormentum mortis: *non tanget il-
 los tormentum mortis.* Advertunt se
 iam jam proximos triumpho, & ideo
 habent potius occasionem gaudendi,
 & jubilandi, quam tristandi. Si post
 mortem deberent decidere in manus
 horum, cum ijs, qui maluerunt in-
 veni Paradisum, instar illius Epulo-
 nis: *receperunt bona in vita sua.* Luc.
 16. quis dubitet minimè contentos
 mortuos? at eum sciant se cum La-
 zare, qui *recepit mala,* gloriosè depor-
 tandos ab Angelis ad quiescendum
 cum in sinu Abrahæ, sed in manibus
 ipsius DEI, o quam læti moriuntur!
Lazare Babylon, tribus adeò abjecta, &
 interit laboribus in *Egypto, latere in
 caverna,* quia civitates accipies è ma-
 gnatibus locupletissimas, & *thesauros ab-
 R. P. Pauli Segneri Manna Animæ.*

scanditos arenarum. Deuter. 32. v. 18.
 Quod si cupiat aliquis nôsse distin-
 ctius genus illud tormenti, quod hîc
 dicitur *tormentum mortis,* videat, quid
 sentiant peccatores in illo difficili
 transitu. hoc est tormentum tribus
 quasi vinculis innexum, quorum cum
 quodlibet sit pœnalius altero, omnia
 ad stringendum cor iniquum tunc u-
 niuntur, nempe Præteritum, Præsens,
 & Futurum. Præteritum affliget im-
 pios molestâ memoriâ tot malorum,
 quæ fecerunt, per crapulas, libidines,
 vindictas, & tot bonorum, quæ facere
 omiserunt. Præsens eos anget intui-
 tu tot rerum, quas amârunt, & nunc
 relinquere compelluntur, uti sunt o-
 pes, honores, voluptates, cognati,
 præcipuè verò proprii corporis, cujus
 separatio animam rediget ad angustias
 maximas. Denique Futurum eos
 perceller expectatione horrendi Ju-
 dicii, in quo comparandum illis erit
 cum onere tot peccatorum. Interim
 tormentum adeò crudele non contin-
 get Justos, *non tanget illos.* quando
 scilicet fecerunt DEO sacrificium sui
 tam solenne, quod modò dicebam.
 quia quantum ad præteritum, si pec-
 cata commiserunt, ea etiam planxe-
 runt, & quoad licuit, per satisfac-
 tionem expiârunt. Quantum ad
 Præsens, jam dudum cor abstraxerunt
 ab omnibus, quæ sunt relinquenda.
 Quantum ad futurum, si diffidunt sibi
 tanquam propriae miserie probè con-
 scii, tantundem etiam confidunt certi
 de Misericordia Domini, qui sub eam
 horam illos tam benignè ad se vocat.

Ccc c quo

quo posito quis non videt pro ipsis non esse tormentum mortis? non tanget illos. quia nullum eorum vinculum, quibus ejusmodi tormentum conficitur, in ipsis locum habet. Tu verò si in morte tam beatà illis similis esse cupias, quid ages? satage prius esse similis in vita, faciendo DEO oblationem tui adeo perfectam, quam ille tantum remuneratur. *Quare lacerò carnes meas dentibus meis*, nisi ob hanc causam (ajebat Job nunquam satur cumulandis pœnis) *Et animam meam porro in manibus meis?* Job. 13. v. 14.

3. Considera, quomodo ex dictis hæcenus clarè perspicatur, quanto pere fallantur tot fatui amatores mundi in ferendo judicio de talibus Justis jam morti proximis. putant istos sentire in morte amaritudinem terribilè, & post mortem omnino in nihilum resolvi. & tamen modo prorsus opposito res habet. Ideo de Justis ejusmodi dicitur. quod sequitur: *Visi sunt oculis insipientium mori*, hoc est, *visi sunt mori ab oculis insipientium*. ab oculis malè purgatis tor infidelium tunc mori sunt visi, sicut etiam re ipsa sunt mortui, & subitò iisdem oculis horum miserorum *estimata est afflictio exitus illorum*. *Et quod à nobis est iter, exterminium*. exitus est illorum ex hac vita transitus, qui sine dubio malis afflictionem affert crudelissimam ex tribus capitibus suprà memoratis, quæ ad eos arctandos uniuntur; Præterito, Præsenti, & Futuro. at eam asferre justis non potest ob causam, quam diximus. unde contingit multos in eo ar-

ticulo etiam exultare magis quam illi Hebræos, cum exiret e his captivitate Babylonis: *De corde Domini captivitatem Sion liberamus, sicut consolati. Plal. 124. v. 1.* *consolati absolute*, (quia pietas latro haberi nequit ante captivitatem charæ Jerosolymæ) sed sicut consolati quia illa Jerusalem dilecta iniquis propius videri. Iter verò quomodo dici potest esse exterminium? *Itud est, quod Justis faciunt de mundo ad cælum: iter à nobis ad UM.* porro iter istud non creditur his, qui solius sensus judicium agitur. & ideo, quod revera non est illud, quàm iter ex uno mundo ad cælum, ab ipsis putatur esse exterminium. *Estimata est afflictio exitus illorum, Et quod à nobis est iter, exterminium*, quoniam cogitant mortem in ore etiam animam extinguunt. *Itud error vel iniquior, vel à ratione tior esse possit?* Non solum Justis faciunt post mortè iter illud, quod dictum est, sed tale faciunt, ut Triumphator Romanus omnium oculis præteritis illi simile usqueque Provinciis ad capiendam in pitolio coronam. Porro ad hoc credendum quid requiritur? *Itud oculis, uti ter faciunt in sententia ratione judicandum est, imò ex illi dei principiis, quæ sola in Mundo sunt deceptioni obnoxia. Certe, quæ oculos, & videbis, quàm pulchrum sit iter Justorum, quod à nobis estimatur exterminium.* *Itud est*

ostendam illi salutare meum, ait Dominus, hoc est, quo ostendam illi me ipsum. non dabo: nam id termino servatur, sed ostendam, quantum scilicet concedatur via, Pl. 49. v. 23.

4. Considera, quomodo ad maiorem dimensionem iudicii, quod formant mali de morte Justorum, concludat Scriptura, illos non solum exterminatos esse, quod tam multi credebant, sed insuper tranquillâ pace frui: *Illi autem sunt in pace*, nomen Pacis, cum in genere expressimur in Scriptura, semper non habet sensum, negativum & positivum. in primo significat cessationem omnis mali. & talis est illius locutio: *Beati omnes, qui diligunt te, Jerusalem, & qui gaudent super pacem tuam*. quia quasi ad explicandam hanc patrem mox adjungitur: *Anima mea libera Domini, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus eius*. Job. 13. v. 18. In secundo etiam plus significat, nempe cumulatam omnium bonorum: qualis est illius locutio: *Letamini in Jerusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam*. Et quia hoc dicit Dominus: *Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis*. Il. 66. v. 10. Utrâque pace fruentur isti, de quibus loquimur, Justi post mortem suam. fruentur cessatione omnis mali, quia horâ illâ omnia finiretur tribulatio: *Liberabit eos Dominus à cunctis tribulationibus earum*. & fruentur cumulo omnis boni, quia incipiet aeterna vita, aeterna pulchritudo, aeterna sanitas, aeterna sapientia, aeterna opulencia, & ut verbo

dicam, aeterna felicitas. *Et declinabit super eos Dominus fluvium pacis*. videri quidem possit pro eo quod dicitur, *illi autem sunt in pace*, vocabulis clarioribus dicendum fuisse: *Illi autem sunt in Regno Caelorum*, quia Regnum istud utramque pacem perinde complectitur. sed duabus ex causis non sic dixit. Prima est, quia eo tempore Justo, qui moriebantur, habebant e quidem cessationem omnis mali, cum tenderent ad quietem Limbi, ubi tunc boni omnes quiescebant: sed non habebant cumulum omnis boni, qui solus est à visione clara DEI: & ideo quia tunc non habebant utramque pacem, negativam & positivam, sed negativam tantum, dici non poterant esse hactenus in regno caelorum, quod solum utramque praestare potest, sed illud expectare. *servabis pacem, pacem, quia in te speravimus*. Il. 26. v. 3. Deinde, quia nomen istud Regni Caelestis in scripturis veteris Testamenti ultimum non fuit. Primus hoc usurpavit S. Joannes Praecursor Christi, quando ad Jordanem clarâ voce cepit dicere: *Poenitentiam agite, appropinquavit enim Regnum caelorum*. ante ipsum dicebatur quidem de Regno caelorum sed humiliore vocabulo Terrae promissionis, Civitatis, Domus, Tabernaculorum electorum, sed terrestrium tantum, divitiarum, quietis, vite, atque hoc loco pacis nomine, quamvis sine limitatione, quia quantumvis tunc Justo omnes, qui versabantur in Limbo suo, non haberent in se, nisi primam pacem, hoc est cessationem omnis ma-

li, nihilominus, ut modo dicebamus, possidebant *in spe* (& *in spe* non ancipiti, ut est nostra, sed firmâ & stabili) etiam secundam, quæ consistit in cumulo omnis boni, *pacem, pacem*. Itaque si tu quoque velis consequi geminam hanc pacem, quæ tantum valet, facere nunc debes DEO sacrificium tui ipsius offerendo ipsi continuo ani-

mam tuam, tanquam hostiam de gregibus armentorum gratos cui *in milibus agnorum* proferatur *fiat sacrificium nostrum in conspectu hodie, ut placeat semper*. Dan. 9. Hoc si facies, ipse in morem hostiam suis imponet mandata, in pace servabit tecum: & *pacem tuam* *in fine*. Il. 9. v. 7.

XV.

Assumptio Virginis.

Gloriam præcedit Humilitas. Prov. 15. v. 33.

1. **C**onsidera, quanta sit gloria, quam hoc die Sanctissima Virgo adeptæ est, cum exaltata fuit supra omnes Hierarchias Angelicas, supra Martyres, Prophetas, Patriarchas, omnesque Apostolos adeo gratos Deo, & iussa in Cælo consistere in throno eximio tanquam summa universi hujus imperatrix. Jam verò hac celsissimâ gloriâ Mariæ collatâ potior est (quis credat?) potior est Humilitas, quâ se parabat ad eam obtinendam. Unde dici hic audis à Sapiente: *Gloriam præcedit Humilitas*. Præcedit autem triplici ratione, præcedit merito, præcedit origine, præcedit ordine. atque in his tribus punctis præfens fundanda est Meditatio, ut pariter venerationi Virginis, & utilitati tuæ cedat.

2. Considera, quomodo imprimis Humilitas præcedat gloriam, quia illâ

merito præcedit. Hinc est, si alterutrâ carendum foret, vel si alterutrâ carentem obtinere, quâ obtinuit gloriam, contigeret omni potius privati gloriâ quàm vel minimo Humilitate. Quomodo ergo tam stulta summa gloria tua, ut non dubites Humilitatem continuo anteponeere vel ipsam gloriam terrenam, quæ nullius est præferri Cælesti, quamquam aliquam haberes exactionem, si solum in Cælo præferri Humilitatis præteritum quàm. sed non est ita: majus est etiam in terra. dicemus, quæso, qui sunt, maximè adorant homines, quæmant, quos mirantur? an illi quæntis passibus sectati sunt gloriam, prout incitabat ambitio? non sed illi, qui etiam quæsi sunt, quibus fugiebant. Franciscus

Minot, Franciscus Minimus, Romulus, Arsenius, Antonius, Aegydius, qui vel in ipsas speluncas se abdebant, et sui nominis sepelirent: illi deum sunt exaltati: *Humiles exaltati sunt.* Esth. 11. v. 11. ita perge discurrendo, & videbis, quam id veniens existat. Signum igitur est etiam operata debere Gloriam Humilitati cedere, quia etiam in Terra aestimatur magis, qui modestè Humilitatem sibi copulavit, quam qui eam repudiata velle ardens Amaluis quotidie Gloriam sperit. Ecce igitur hic primam rationem, ob quam dicitur Humilitas precedere Gloriam, quia precedit merito. Seru illam dedignaris?

2. Considera, quomodo secundo Humilitas precedat Gloriam, quia precedit origine. Si Virgo hoc die evecta fuit ad tantum fastigium glorie, quantum illud est, de quo diximus, quare fuit evecta? quia Humilitate se ipsam, unde quod de Christo quondam dicebatur, dici quoque de ipsa potest: *Quod ascendit, quid est, quia & descendit primum in inferos parva terra?* Eph. 4. v. 9. Et hic eius devotio, obedientia, Virginitas, hoes, ceteraque virtutes ejulmo fecerunt equidem DEO gratam, sed ad hoc plurimum momenti habuit ipsa Humilitas: adeo ut affirmet Sancti, hanc fuisse, qua denique eum permovit, ut saltem citius humanam carae vestiretur, & sic constaret, quem admodum superbia tuius mulieris fuit, quae eum concitavit ad indignam tam gravem contra genus hu-

manum, ita Humilitatem unius feminae fuisse, quae illum postea placavit. Hinc est, quod eadem Virgo discretè testetur Dominum in ipsa singulariter humilitatem respexisse: *Respexit humilitatem ancilla sua.* non quod non etiam respexerit ceteras virtutes, quae certatim concurrebant ad eam reddendam tam perfectam, sed quia Humilitatis in eam specialiter assumpta est ad altissimam dignitatem Matris DEI: ad quod videtur voluisse alludere quamvis modo loquendi obscuriore, cum dixit: *Cum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Cant. 1. v. 12. Rex iste in accubitu suo erat Rex gloriae in sinu Patris, quis nescit? & tamen ex hoc ipso sinu inops puella trahere illum potuit in suum, tanta fuit fragrantia, quam exhalavit ad Caelum, non Balsamum ipsius, non Cedrus, non Cypressus, non Cinnamomum, non alia ex illis numerosis plantis odoriferis, quibus fuit adumbrata, sed Nardus, herba omnium humillima maximèque demissa omnium, quae fuerunt electae ad eam velut typo adumbranda. Quod si Humilitas praecipue effecit, ut Virgo consequeretur dignitatem Matris Divinae, quid mirum, si etiam fecit consequi excelsam illam gloriam, qua ut Mater in Caelo fruitur, ubi se sola Chorum constituit distinctum, quo longissime superat Choros omnes seorsim constitutos à Sanctis, & solum illi cedit, quem Rex eius Filius constituit? Ecce igitur, cur secundo loco dicatur Humilitas precedere gloriam, quia

Ccc c 3 præ-

præcedit ut causa. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Job. 22. v. 29.

3. Considera tertio loco, quomodo Humilitas præcedat gloriam, quia eam præcedit ordine. quippe si Gloria propter humilitatem datur, necesse est prius esse Humilitatem, deinde gloriam, & non prius gloriam, deinde Humilitatem. Atque hic attentè considera modos, quibus Virgo se humiliabat prius, quàm suam gloriam obtineret, ut exemplum tam pulchrum majorem tibi utilitatem afferat in meditatione hodiernâ. Humiliavit se vili estimatione, quam habebat de se ipsâ, humiliavit contemptu sui, & amore contemptus. Ad tres istos gradus humilitatis, si bene consideres, ceteri omnes referuntur, ideo isti sufficient in præfens. Itaque humiliavit se Virgo per vilem estimationem sui, qui est primus gradus humilitatis antè dicta. *Ero humilis in oculis meis.* 2. Reg. 6. v. 22. non quòd ignoraret præclara dona, quæ accepit à DEO, sed quia dona esse cognovit, & ut talia non adscribebat sibi, sed benignitati, bonitati, munificentia donantis, ut idcirco vix audito Elisabetha præconio: *Beata, quæ credidisti,* illico responderet: *Beatam me dicent omnes generationes,* non hoc nego, sed quare? *quia fecit mihi magna, qui potens est.* non *quia magna feci.* Deinde si hoc discrimen est inter humiles & superbos, uti S. Gregorius notavit. l. 34. Mor. c. 7. quòd superbi, cum habent in se aliquid præclari, in eo semper defixum habeant animum, ab illo vecò

divertant, quod est vile: ubi ha-
les prorsus faciunt oppositum
tes Virginem semper ea dōmō
animo. ô quantò libentius con-
gebat in cogitanda vilitate sui
ut vel ipso momento, quo facta
ad dignitatem Matris Divinae
tuerit ejus oblivisci, nec con-
proprium à se concipiendum
num, utero gerendum, partum
habendumque subditum sibi, in-
lūm à se illi in carne mortali
strandum: *Ecco Ancilla Domini*
nique uti mentem divertebat
tandis his donis, ita longè
divertebat sermonem. unde per
illi fuit fastidire laudes, quæ
audiebat, eas reprimere, reprimere
aliud facere non posset, gravari
bari, uti tunc accidit, cum de
plenam titulo nunquam habere
dito celebrari audivit. Et hinc
primum gradum in Humilitate
vatum, qui consistit in fove-
estimatione sui. Quantum
ad secundum, qui consistit in con-
ptu sui: *Ludam, & vilior sum
quam factus sum.* 2. Reg. 6. v. 22.
B. Virgo tribus modis perfectè
adimplevit. I. alè dissimulando
se ipsa, quidquid magnum appa-
(quæ causa fuit dicendi simula-
to concluso, quia nunquam edere
fructus, qui in ipsa florebant,
mulando Deipare honorem, dis-
lando prudentiam, dissimulando
dissimulando gratiam, quæ con-
pollebat, miracula parturienti. Ille

piciendo se legibus, quibus etiam non
 obstringebatur, quantumvis id cede-
 ret in grave præjudicium honoris, uti
 tum alias saepe, tum verò maximè o-
 scendit, quando apparuit in Templo
 scilicet mulieris immundæ, ut purifica-
 retur post partum. III. subiiciendo
 se ipsam pariter ijs personis, quæ tan-
 to erant inferiores, uti Josepho, Jo-
 sanni, imò cuius discipulorum Domi-
 ni, inter quos, ut est manifestum, illic
 in convaculo postremo loco confedit.
 Et hæc quoque secundum gradum, qui
 in contemptu sui consistit. Quoad
 primum denique, quo quis non modò
 contemnit se ipsum, sed & amat con-
 temni, id pariter mirificè tribus modis
 hæc Virgo præstitit. Primò libenter
 amplectendo contemptus, qui accide-
 re illi poterant occasione humilis con-
 ditionis suæ, ut eum repulsâ à Bethle-
 hem non dubitavit se recipere in sta-
 bellum jam partui vicina. Secundò
 libenter amplectendo illa impropria,
 quæ dici illi poterant propter suos ne-
 cessarios ad statum redactos etiam in-
 famens, ut adeo quantum declinavit
 Hierosolymam, cum eam Filius ad
 modum triumphantis intravit, tan-
 tum eò festinaverit, cum inde è con-
 tratio exivit derisus, colaphis & vir-
 gæ castus, imò instar publici prædo-
 nis captus à populo ad Calvarium,
 necius inter duos latrones. Tertiò

denique libentissimè amplectendo ea
 vituperia quæ in ipsam conijci pote-
 rant ob defectus, à quibus tamen
 prorsus erat eximia, ut adeò magno
 animo saepe se exposuerit reprehensio-
 nibus, & sereno prorsus animo tu-
 lerit aspera responsa, quæ etiam ipse
 Filius occultâ quadam dispositione
 varijs occasionibus danda censuit, ma-
 ximè verò cum nihil curare visus est
 ejus preces licet tam aptè compositas:
Quid mihi & tibi est mulier? His igitur
 humiliationis exercitijs quasi toti-
 dem gradibus firmis & solidis scalam
 sibi Virgo construxit ad eam gloriam,
 quam hodie in Cælo possidet. Et ideo
 denique dicitur Gloriam præcedere
 Humilitas, quia præcedit ordine. de
 valle est ascensus ad montem. jam er-
 go si tu quoque pertingere velis ad
 gloriam à DEO tibi in Paradiso præpa-
 ratam, humilia te in terra, quantum
 potes, quia hæc est communis lex om-
 nibus statuta, ex humili ad excelsa ten-
 dendum: *Antequam glorificetur, hu-
 miliatur.* Prov. 18. v. 12. *antequam
 glorificetur in vita futura, humiliatur
 in præsentia.* Vide, num verè sit lex
 communis, ut dixi. hac viâ Virgo in-
 cessit. quid, ajo, Virgo? hac ince-
 dendum fuit etiam Filio, licet Divino,
 de quo proin scribitur: *De torrente
 in viâ bibet, propterea exaltabit caput.*
 Pf. 109. v. 7.



XVI.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matt. 11. v. 28.

1. **C**onsidera, qui sint illi, qui laborant, & dein mercedis loco onus accipiunt: *laborant, & onerati sunt.* latè sed verè loquendo sunt omnes ij, qui consolationem suam querunt in bonis, quæ Mundi dicuntur. uti sunt voluptates corporis, dignitates, honores, divitiæ, & alia hujusmodi, si tamen sunt alia, quæ non ad ista referantur. Certum est, omnes istos exantillare labores gravissimos ad invenendam ejus generis consolationem, dum querunt, ubi inveniri non potest, cum bona illa sint similia aquis salis, quæ non sunt aptæ ad extinguendam sitim, sed magis exasperandam: *Omnis, qui bibit ex aquâ, sitiet iterum.* Jo. 4. v. 13. unde vides, quò magis illi suo corpori satisfecerint, eò magis querendos novos satisfaciendi modos, quia priores & ordinarij jam viluerunt: quò sunt majores, eò ampliùs eminere student: quò plus gloriæ consecuti sunt, eò magis ambiunt apparere: quò majores opes possident, eò satagunt cumulare plures, & sic extremos labores sustinent: *In multitudine via tue laborasti: non dixisti: Quiescam.* Isa. 57. v. 10. Accedit, quòd ejusmodi bona nemo possit consequi sine magno dispendio non sanitatis dumtaxat, quæ atteritur, sed aliquando ipsius vitæ. & tamen quis credat? hi ipsi, de quibus hîc lo-

quimur, postquam tantopere laborant, loco mercedis, hoc est consolationis, quam spectabant, accipiunt; quia onerantur peccatis gravissimis, & hac ratione consolationis seu colophonem malo suo intrant. *Laborant & onerati sunt.* & tibi fortassis peccata leve sunt: imò onus sunt omnium iniquitatum: *Iniquitates meæ sicut onus graviter sunt super me.* Pl. 37. v. 1. onus valde grave tres habet quæ: Affligit, prostermit, & aliquando deijcit in præceps. ita faciunt peccata certum imprimis est, quòd te affligat & quidem magis quovis alio, quia sub quovis alio solum genus, sub peccatis cor gemit, & tibi scilicet malæ conscientie tribus: *Rugiebam à genitu cordis.* Pl. 37. v. 9. deinde prostermit te magis quovis alio, quia emeritas præcipuas, videlicet spiritus reddendo prorsus inhabitabilem adendum bonum. *Devoratum est cor meum, & facti sunt quævis meæ.* Jer. 51. v. 30. Demum faciunt te labi in præcipitium omnium peccatorum, nempe in Barathrum inferni, in quod quisquis incidit, spem habet in æternum emergendi: *Quia iniquitas sua, & corrumpit eum.*

ad se, ut resurgat. Il. 24. v. 20. atque hac ratione numquid verum tibi videatur, eos, qui consolationem suam quaerunt in bonis huius mundi, laborare etiam gravissimè, & loco mercedis onas accipere? *Laborant, & onerati sunt.* Quod si tuis ingratis de eorum numero esses, quid tibi restaret agendum, quàm ut probè cognita illius calamitate eidem te subducere allabares?

2. Considera, si verè cupias deserere statum, id te posse etiam facile exaltare. & quare? quia promptum habes ad Christum perfugium, qui hoc tibi dabit, quod alibi frustra quaeris. Ecce quàm benignè oro proprio te invitat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* haec verba, quae vel pectus tibi circumspant praeter tenebram! sed antequam progrediaris ulterius, in his verbis subsiste: *Venite ad me omnes.* & attentè considera, quis sit, qui te vocat. Ipse DEUS tuus est, qui tui non indiget. & tamen ipse est, ipse, inquam, est, qui dicere dignatur: *Venite.* neque solum venite, sed venite etiam ad me, nec tantum venite ad me, sed venite omnes. *Venite ad me omnes.* Equum omnino esset à te vilissimo terrae vermiculo, ardentibus precibus rogari Dominum, ut illi placeat te admittere in numerum servorum: & tamen prior ipse invitat dicens: *Venite.* Deinde, dum te vocat, posset vocare ad solam communionem donorum, quae sunt ab ipso duntaxat, sive gratiae, sive gloriae, sed

R. P. Pauli Segneri *Manna Animae.*

eo non contentus te vocat, ut se ipsum tibi donet, qui in se complectitur cuncta bona, hoc est, ut donet bonum infinitum. atque idcirco dicit: *Venite, & venite ad me.* Denique dum te vocat, ut tale bonum largiatur, vocare posset, quando preparationem videret aliquam à te praemissam, quàm merearis vocationem tam honorificam, at ille te vocat, etsi videat minimè paratum, aded te praevenire amat, & ideo non solum dicit: *Venite ad me,* sed praeterea dicit: *Omnes,* & absque ulla exceptione dicit. Quid si autem, dum ille tam benignè te invitatur, tu è contrario non digneris admittere vocem invitantis: numquid iustissimam haberet causam etiam de te conquerendi ijs verbis: *Servum meum vocavi, & non respondit: ore proprio deprecabar illum.* Job. 19. v. 6.

3. Considera, quantà cum ratione, dum Christus ad se vocat, tibi etiam refectionem promittat. & sic perpen- sis tribus modò dictis vocabulis, *Venite ad me omnes,* progredere denum ad reliquas, quae adhuc consideranda supersunt: *Et ego reficiam vos.* Duplex est resectio, una Negativa, altera Positiva: utramque Christus verbis istis promittit. Negativa erit sublevatio oneris, & laboris, quia si admittat invitationem Christi, primò exonerabit animam ijs peccatis, quae nunc aded tenent oppressam: *Et erit in die illà, auferetur onus de humero tuo.* Il. 10. v. 27. & tum etiam liberabit à tantis laboribus, quos nunc sustines, sed in casum, dum quaris in humanis

D d d d bonis

bonis eam consolationem, qua non nisi in DEO reperiri potest. *Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi DEUS à labore tuo.* Isa. 14. v. 3. Altera refectio, quæ jungetur isti, ut diximus, erit positiva, & hæc consistet tum in ijs affundendis solatijs, quæ frustra alibi querebas, juxta illud: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Pl. 102. v. 5. tum in producendo tres effectus contrarios illis, quorum causa fuit onus tuorum peccatorum. nam ubi ista te cruciabat angoribus, quos mala conscientia suscitavit, ille te recreabit eâ quiete, quam tribuit bona. *Cogitationes mee dissipatae sunt, torquentes cor meum: noctem vertentur in diem.* Job 17. v. 11. & cum illa te penitus enervarent ad operandum bene, iste tibi vigorem dabit interioribus auxilijs gratia, quam speciatim infundit in usu Sacramentorum, quæ sunt illa celebris aqua, quæ refectiois appellatur, & momento vires restituit: *Super aquam refectiois educavit me, animam meam convertit,* nempe de debili in robustam. Pl. 22. v. 2. Et cum illa de-

nique te præcipitassent in periculum, ipse & conseratio te eripiet, spem certam ejus gloriæ, quæ tantam habet in Cælo, ubi deservit refectio erit refectio. *Letamini in diebus, quæ dicta sunt vobis: in diebus Domini ibimus.* Pl. 122. v. 1. Quod si ita se res habet; nonne videtur Christus habere causam ducere, *venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis; & ego reficiam vos.* Quod si bene consideres, homo nullum laborem. Job. 5. v. 7. & ad id sustinendus erit laborerem in illis servitio ob exactam observantiam præceptorum, quam DEUS non at videbis, quanto levior laborerem in ejus servitio toleratur, quanto ferendus est in obsequio. *Mulier berati à peccato,* quod est durissimum. Rom. 6. Præsertim quod si dire necesse est, quibus verbis Christus in hoc ipso contextu te ad eam observantiam invitavit, & tibi pro sequenti die novam materiam meditandi.

XVII.

Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Mat. 11. v. 29.

Considera, quomodo Christus vocaverit jugum sanctissimam legem suam, ob similitudinem, quæ inter utrumque intercedit. nam si ob-

serve, jugum duas habet partes, quæ obligat ad eundem finem, & illa, quæ soluta jugo nunquam tollitur. & adstringit eum, cum ipse

ad tenendam viam rectam pro
 ducit. atque hoc est, quod
 praestat Evangelica. Primum uni-
 versis in vicem sub se duos illos populos,
 qui tam diversa tenebant, Judaeum
 & Gentilem. deinde facit, ut
 non pro arbitrio vivatur, sed juxta
 scriptum DEI ad tenendam viam
 rectam, quae ducit ad Caelum. *Au-*
tem tu audient verbum post tergum
monentis: haec est via, ambulate in ea,
et non declinatis neque ad dextram,
neque ad sinistram. II. 30. v. 21. Est
 hoc jugum, non ut cetera, vile,
 sed nobilissimum, unde Christus titu-
 loplanè magnifico suum appellat: *Ju-*
gum meum. suum, quia à se tanquam
 DEO nobis est impositum: & suum
 asper, quia à se tanquam homine et-
 iam fuit portatum per annos triginta
 mea invicta constantia, & ita portatū,
 ut nullus unquam portare cœperit æ-
 que tam tenera: *Bonum est viro, cum*
portaverit jugum ab adolescentia sua.
 Tit. 2. v. 27. Unde etiam Christus in
 hoc jugo æquè Mansuetudinem & Hu-
 militatem monstravit. Mansuetudi-
 nem, dum illud imposuit ut DEUS,
 hoc est, ut Princeps non austerus, non
 asper, ad modum Tyrannorum, sed be-
 nignissimus. & Humilitatem, dum et-
 iam ipse portavit ut homo, quin ab eo
 minimum peteret exemptionem, at-
 que haec est ratio, cur verbis istis: *Tol-*
lite jugum meum super vos, illico ad-
 junxerit: *& discite à me, quia mitis*
sum, & humilis corde. ceu diceret: In-
 cipite tantisper portare jugum meum,
 & experimento discetis, me non esse

Dominum crudelem, sed mitem, &
 ideo me non imponere legem duram,
 qualis est illa Mundi, sed tolerabilem:
 nec esse Dominum superbum, sed hu-
 milem, cui proinde non grave sit, uti
 Mundo, submittere me ipsum legi,
 qui eam alijs praescribo. Tu interim
 quomodo vel solis hisce verbis non
 excitaris ad jugum ejusmodi tibi eli-
 gendum? DEUS est, qui hoc præci-
 pit, quid amplius requiris? fieri ne-
 quit, ut ille nimio te jugo premat. &
 DEUS est homo factus, qui tantò antè
 portavit, quomodo ergo recufabis fer-
 re post ipsum? Haec duo capita bene
 perpende, & sufficient, ut huic jugo
 aquietas. *& invenietis requiem ani-*
mabus vestris.

2. Considera, quomodo jugum i-
 stud non pro brutis animalibus, sed
 pro hominibus sit factum, quod pro-
 inde ultro complectendū. hinc Chri-
 stus tam discretè dicit: *Tollite jugum*
meum super vos. non solùm dicit: *Por-*
tate, sed *Tollite,* quia non vult vel mi-
 nimum tuam ledere libertatem. *Deus*
ab initio constituit hominem, & reliquit
illum in manu consilij sui. Adiecit tan-
 tummodo mandata, & praecepta, man-
 data, quantum ad Legem naturalem,
 Praecepta, quantum ad Legem scriptā.
Si volueris servare, conservabunt te.
non si servaveris, sed si volueris serva-
re. nam in hoc denique tota ratio me-
 ritè consistit, quod velis. Eccl. 15. v.
 15. cur autem non velis? si cupias di-
 stinctius nôsse, quam tui partem sub-
 mittere oporteat tali jugo subjectione
 plenâ obsequij, ecce illud clarè tibi in-
 dica-

dicatum. Submittere oportet non vilissimam, quod iumenta solent, quæ iugo subijciunt solum corpus, nec nisi cum repugnantia subijciunt, sed nobilissimam, adeoque non corpus tantum sed spiritum. *Rationabile obsequium vestrum.* Rom. 12. v. 1. Ideo Christo non satis erat hic dicere: *Tollite iugum meum.* Sed adungere voluit, *super vos*, ut intelligas ex verbis tam manifestis, huic iugo specialiter submittendum, quod est proprium tui. Interdum non admodum difficile tibi accidit submittere carnem tuam iugo Christi eam cadendo, castigando, macerando: porro quam durum tibi est illi quotidie submittere Spiritum. & hoc tamen est, quod præ omnibus alijs subijcere oportet, nempe illam arrogantiam capitis, illam vanitatem, ambitionem, cupiditatem eminendi. hoc si agas, tunc enim verò portabis iugum Christi super te, quod est proprium hominis, & non solum super membra tua, quod est etiam bestijs commune. *Collum vestrum subijcite iugo:* ecce, ut voluntaria debet esse subiectio: *Et suscipiat anima vestra disciplinam.* ecce, cuius esse maxime debeat, nempe Spiritus. Eccl. 51. v. 34.

3. Considera duo esse vitia, quæ maxime retrahunt homines à portando iugo Christi, Impatientiam, & superbiam. Impatientia facit, ut excutatur tanquam onerosum: *Prosciantur à nobis iugum ipsorum.* P. 2. v. 3. Superbia facit, ut fastidiatur tanquam

probrosam. *A seculo confregi iugum meum;* Edixisti: non iugum Jer. 2. v. 20. & hæc altera est sententia quam Christus hic dicit, ut ad discas esse mansuetus, dicitur esse humilis, quia duæ istæ virtutes inter se esse quietissimum sub iugo. *Tolle à me, quia mitis sum & humilis corde & invenietis requiem animis vestris.* Ideo quamvis sensus maxime huius præclaræ sententiæ sit iste, præ supra adduximus, hoc est, quod commodans te iugo Christi mansuetus visurus ad quietem singularium membræ tuæ, quam bonus sit Dominus præstas obsequium, Dominus portans delis, qui iugum imponat imbecille, prout Mundus facit, nec faceret qui non juvet portantem; ceterum etiam hic alter sensus valde proprie licet non ita connexus, plurimum Sanctorum, videlicet, ut discas exemplo Christi esse mansuetus, hoc est, fuit in omni vitâ suâ, & esse mansuetus in his duabus virtutibus respicit illa quies singularis, quam tu quærebas bona mundi sectando, & ergo puras te quoque possidere debere, ut virtutes adeo proprias Christi esse mansuetus, an iracundus in membris tuis, humilis, an superbus, quia hoc est argumentum, quod tantum hominem requirit, respondens est, ad illud pro dignitate tantum à me proponi ut peculiaris materia sublequetur meditationis.

XVIII.

Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiẽ animabus vestris. Matt. II. v. 29.

Considera, quantum homo natura sua invenire quietem desideret, sed ad eam non pertingat. Interiorum aetherborum absque illa requie. Job. 30. v. 27. quippe quod vim in se prorsus contrariam. Homo ad inveniendam quietem naturaliter quid facit? Effugere nititur, quidquid eum turbare potest, murmurando contra eos, qui turbationis sunt causa, vincendo, ulciscendo, quod perinde est, ut contentas obtinere ab undis maris, ne in te irruant. oportet ergo non in fugere procellas (id quod impossibile est homini degenti in medio undarum) quam in ipsis procellis non moveri, instar scopuli maris fluctibus expoliti. Non timebo millia populi circumstantis me. Ps. 3. v. 3. Fuit de Philosophis, qui jam olim istam traderet doctrinam, sed splendide magis quam solida. Primus in hoc orbe terrarum cum fundamento Christus tradidit veritatem allatam. Et ideo hic ait: *Discite à me*, quod signum est doctrinam esse talis, utique Magistro dignam. Exigere poterat, ut ab ipso disceres prædicere veritatem, sanare ægros, suscitare mortuos, pede firmo in ambulare aquis. portaret quid hoc foret? Christus non tam dignus fuit admiratione propter infinita miracula, que patravimus in terris, quam propter innumera, que dedit

Manfuetudinis & Humilitatis exempla ante ipsum nunquam visa vel audita omnibus retro seculis. Recte ergo dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* si duas has virtutes, quas Christus docuit, exercere noveris, nã tu quietem invenies optatam. Itaque accingere tanquam attentus discipulus ad audiendam ejus doctrinam; cum in ista sit fundanda tua requies, ut sit stabilis. *Fundamenta aeterna*, que sola nunquam vacillant, *supra petram solidam.* Eccl. 26. v. 24.

2. Considera omnia, que possunt turbare quietem tuam, vel extrinsecus advenire, vel intus nasci. Extrinsecus adveniunt contemptus, adversi casus, & alia ejusmodi mala. Intus nascuntur defectus tui tam Physici quam morales, qui aliquando perturbant magis quam quævis mala extrinsecus advenientia. contra priora mala te arma per mansuetudinem: contra posteriora per Humilitatem. Mansuetudo facit, ut iram reprimas, atque adeo non movearis ad ea præsertim mala, que improvisò tibi foris accidunt. Humilitas facit, ut reprimas spiritus nimis elatos, atque adeo ne movearis illis malis, que intus oriuntur, qualia sunt proprii defectus, dum ostendit eos apte tibi convenire. nam quid aliud germinet terra tua nisi lappas viles &

tribulos ? si his virtutibus id demum consequaris, ut non turberis, james quietus. Ideo dicebat Christus: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde* &c. non solum dixit: *quia sum humilis corde*; nam sola interna Humilitas, sine exercitio tolerantie quotidiana non sufficit ad reprimendas perturbationes, quæ extrinsecus nascuntur. Nec solum dixit, *quia mitis sum*, nam solum Exercitium tolerantie quotidiana sine Humilitate internâ non durat. Ad hæc Mansuetudo sola facit, ut feras contemptus, & adversa, quæ accidunt, cum Humilitas juncta Mansuetudini non solum faciat, ut feras, sed etiam ames. Humilitas sola facit, ut toleres defectus, quos in te conspicias, tanquam dignos te (nam eos amare, cum de moralibus agitur, nunquam est licitum) at Mansuetudo Humilitati juncta facit, ut non solum toleres, sed & domes magnâ saltem ex parte, auxilium præstando ad pervincendos saltem omnes illos defectus, qui ab Irascibili nascuntur, & plerumque faciliores & crebriores existunt. Ad hunc statum si perveneris, vide, tantisper, quam præclara sit quies tua. *Modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem.* Eccl. 31. v. 35. Non solum inter tempestates jam es instar scopuli, qui eas non curat, quia habet extra se, sed es instar Olympi, qui eas nec sentit quidem, quia habet infra se. Porro tam Mansuetudo quam Humilitas debent ex corde proficisci: *Mitis corde, Humilis corde.* Ideo Christus tam aperte dicit: *Discite à me*:

omnes enim, qui ipsum prædicant non tam possidere virtutes suas, eas prædicare docuerunt. Tu vero illas prædicat duntaxat, an te docuerint des?

3. Considera doctrinam tuam, christam à Christo traditam, in seipso, ut cognosci; difficultas in via tuatur. & hinc pariter Christus dicit: *Discite à me.* ad eam te cogitandum, ubi plus corde studetur, et mente, & discas, ad scholam tuam orationis: in hac frequenter cogitandum Christo. pete ab illo, ut te, quem qualem ipse se gesserit in calibus paulò gravioribus, quam sum tuus, debis, quam citò futurus fueris. *Qui appropinquant pedibus eius, et de doctrinâ illius.* Deuter. 33. Quæ fuit ejus Mansuetudo interternos, omnis generis insulsi, *Agnus coram tendente se sine vi non aperuit os suum.* Ps. 133. Humilitas inter debilitates, non tamen imposita sibi sentit, quæ propria? *Longè à salute meorum delictorum meorum.* Pl. 133. facile discernas, humilitatem Mansuetudine, an mansuetudinem humilitate, semper utrumque prædicat: *Mitis sum & humilis corde.* Deinde, & in hac schola observa, quæ Magistri fortè hanc doctrinam prædicare tibi possent docendo. O Magister, eam docet infundendo. O Magister, præstantem! primò dat exercitium doctrinam, deinde eam intelligere, est vis ejus sanctissimæ gratia.

ideo dicit verbis tam disertis. *Discite* non ab ipsis meis Angelis, non à prophetis, non à Prædicatoribus, nec à scribis meis, sed à me. Cum Christo in oratione agendum: *quia Dominus dat sapientiam.* Prov. 2. v. 6. alii dicunt, ipse dat. Nemo unquam reperitur in mundo, qui hanc praxin alià in schola didicerit, quàm orationis. Quid mirum ergo, si non discas? nimium stultas à schola.

4. Considera de tot aliis virtutibus, quas poterat laudare ut proprias, has Christum elegisse, Mansuetudinem & Humilitatem, quia venit istas præcipue caelis asserre. Itaque sicut Mercator, licet valde opulens, amat singulariter ostentare merces magis peregrinas, sic Christus fecit. O quanta in ipso erat in mundo mercis humana penuria! *Querite justum*, dicebat olim Sophonias ceu rarum prodigiū, *Querite mansuetum*, sed quid dicere voluit, dicendo *justum*? dicere voluit *humilem*, juxta illud: *Justus prior accusator sui.* Prov. 18. v. 17. nihil

ominus non est usus hoc vocabulo, quia etate illà vix esse intellectus, tam pauci erant, qui exercerent rem significatam. Deinde quis nescit has duas esse virtutes, quas necesse est hominem Christianum, qui nascitur ad patiendum, frequentius deducere ad usum? Non est semper in promptu occasio exercendi liberalitatem, exercendi commiserationem, charitatem, obedientiam, at semper promptissima est occasio exercendi simul Mansuetudinem & Humilitatem, quæ velut fortes solent invicem porrigere manum præcipue in casibus adversis. Denique Christus venit allaturus in terram illud bonum, quod extra ipsum inveniri nunquam poterat, nempe quietem cordis, ut idcirco eo vix nato ad illam annunciandam descenderint Angeli: *Gloria in excelsis DEO, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* porro ad hanc quietem obtinendam virtutes istæ, ut vidimus, præ ceteris conducunt: & ideo Christus etiam præ omnibus docendas suscepit: *Discite à me &c.*

XIX.

Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. Matth. 11. v. 30.

Considera, quomodo bene percepta maxime ab Exemplo Christi, Mansuetudine & Humilitate, non solum inventurus sis illam eximiam quietem, de qua univertim locutus sum meditatione præcedenti, sed clarè appariturus (quemadmodum particula-

rius ad propositum nostrum præmissum fuit in altera) jugum, ad quod Christus tanquam Dominus Mansuetissimus & Humillimus invitat, sine comparatione portatum esse facilius, quàm quod Mundus imponit tanquam Tyrannus arrogans & inhumanus. id quod

quod plurimum valet ad reddendum
 quietum illum, qui anceps haerit,
 quodnam ex utroque hoc iugo oportet
 amplecti. Ideo cum Christus
 dixisset: *Tollite iugum meum super vos,*
Et discite à me, quia mitis sum, & humi-
lia corde, & inuenietis requiem animabus
vestris: ita prosequitur: *Iugum enim*
meum suave est, & onus meum leve. Per
 iugum certe intelligenda sunt præcep-
 ta eius Evangelica, quæ non sunt dura
 sed suavia, & per onus Consilia, quæ
 certo modo superadduntur iugo, &
 tamen adeò non aggravant, ut etiam
 levius reddant. Quod solum super-
 est contemplationi nostræ ad integrè
 complendam sententiam Christi jam
 in plures meditationes divisam. Porro
 cum hoc loco dixit Christus iugum su-
 um esse suave, & onus leve, an de hoc
 iugo & onere absolute locutus est, an
 solum cum respectu ad illud Mundi?
 utrumque fecit, magis autem poste-
 rius, quia volebat, ut omnes illi mise-
 ri, qui servientes mundo *laborant* ejus
 iugum portando, & *onerati sunt* op-
 pressi scilicet illa mole peccatorum,
 quibus interea onerant seipso; aliquã-
 do mutarent iugum, mutarent onus,
 & sic experimento discerent, quàm
 prudentem fecerint commutationem.
 Hæc est connexio presentium verbo-
 rum eum antecedentibus. & si istâ oc-
 casione bene ceperis diversitatem ser-
 vitudinis, quæ ab impiis præstatum mû-
 do, & quæ à bonis præstatum Chri-
 sto, nonne magnum feceris operæ præ-
 tium?

2. Considera, legem Mundi, quod

est iugum ab ipso impostum, & in-
 intuitu multò suavius apparet, quàm
 legem Christi; quia vult Mundi
 desectas à more suorum factum
 quoad fieri potest, propriis habitibus
 sequi cupiditatibus. Concupiscentiæ
 carnis voluptates sectantur insensibiles,
 tum libidinosas. Concupiscentiæ
 piscentia oculorum, quærendo
 majora incrementa opum, & fructus
 res cumulando. & Concupiscentiæ
 si ita lubet appellare spirituales, quæ
 Joanne dicitur *Superbia vite*, persequen-
 tando omnem eminentiam, &
 gloriam. cum Christus è contra
 velit te mortificare, quantum potest
 iusmodi concupiscentias. sed
 reverà sine comparatione suam
 legem Christi, quàm Mundi, quæ
 ficandis propriis cupiditatibus
 tum ita quilibet assuescere potest
 denique etiam facile hoc commu-
 tur. quis autem unquam id
 tur, ut illis satisfaciat: imò quæ
 eas fovet, reddit etiam magis
 infatigabiles, cum sint foco funde
 jus flamma non minuitur, paulatim
 augetur. Quæ igitur ista lex est
 gans ad aliquid, quod obtinere
 quam possit? non est hoc reddere
 licem, sed inquietum. Etiam
 nem spectes, multò suavius
 Christi. *Iugum enim suum*
 perinde suavior est, quoad modum
 si Christus aliquid exigit, cui re-
 nativa propensio, tanta auctoritate
 subministrat, ut operaria etiam
 naturam, animat, afficit, vites
 cuius oneri ferendo: Spiritus

in infirmitatem nostram. Rom. 8. v. 26. Non sic agit Mundus. sed hic natura te permittit. & quamvis jubeat agere te quemvis alium vivere in luxu, propterea uti vestibus, profundere pecunias, extollere te ipsum, non ideo cogit te tribuit aut censum, qui sufficiens non dotes, non solertiam, nec vigorem, facit potius, quod Pharao mense in Hebraeis, cum eos condemnavit ad argeas fabricas, dein verò nec lapide nec paleas, longè minùs stipendium laboris dedit, qui ad executionem sufficerent. Ita, *Et colligite, sicuti in opere vestro. Ex. 3. v. 11.* Quis ergo dicit fatius fore servire Christo Domini moderato, quam Mundo, qui se pergit in ista tyranni? & sic jugum Christi est suavius: *Mandata eius gratiosa sunt. 1. Jo. 5. v. 3.* Qui verò sit, quod, quantumcunque etiam propria experientia cognoscas veritates istas esse indubitatas, abstrahere tamen à Mundo te non possis, ut Christo te trahas? At quantum fallis te ipsum a Mundo lege eorum, non quales sunt, sed quales à te finguntur. quod iniquius esse possit? *Numquid dicit tibi sedes iniquitatis, qui fingis habere in precepto, arbitrio tuo, & vis pueri suave, quod est onerosum, & puerum, quod est suave? Ps. 39. v. 20.* Considera sicut suavius est jugum Christi quam Mundi, ita levius quoque esse onus. *Et onus meum leve.* Onus illud ut dicebam, sunt Consilia Evangelica. Ea juncta prioribus, quae

sunt jugum, aliud non addunt, quam majorem in iis observandis perfectionem. & hoc quoque onus opponitur oneri, quod mundus tuis humeris imponit, iis scilicet peccatis nec paucis numero, nec naturâ suâ parvis, quibus illi serviendo te oneras. Quis igitur non videt, quantum levius sit onus Christi, quam Mundi? vis nôsse, quantum levius? vide, quantum sit in se ipsâ jucundior vita perfectorum, quam peccatorum. Primò si praecepta Christi adimpleas etiam perfectione maiore, quam obligeris, illam consequeris conscientiae tranquillitatem omnimodam, cui nulla terra hujus voluptas comparari queat. *Pax Dei, quae exsuperat omnem sensum. Phil. 4. v. 7.* & ista opponitur afflictioni inexplicabili, quam onus peccatorum affert animo, prout in prima ex his tribus meditationibus invicem conæxis notavimus. Secundò si perfectè impleas praecepta Christi, semper majorem ea adimplendi facilitatem comparas, quia hoc est proprium servitii Divini, ut quo quis magis se mortificat, animetur magis: *Cum infirmor, tunc potens sum. 2. Cor. 12. v. 10.* atque hoc opponitur depressioni maximæ, quam suo pondere faciunt peccata, cum paulatim ita enervant spiritum, ut ad bonum omnino debilem, imò inhabilem faciant. Tertò si perfectè adimpleas praecepta Christi, securitatem habes quasi in talibilibem salutis. *Bonum certamen certavi Ego in reliquo, hoc est, in futuro, reposita est mihi corona justitiae, quam reddet*

Eec e

reddet


reddet mihi Dominus in illa die iustus
Judex. 2. Tim. 4. v. 7. atque hoc
 opponitur magno timori, quem habe-
 re necesse est in peccatis, ne repente
 precipites in infernum, quò illorum o-
 nus inclinat. Quodsi ergo etiam
 concederemus onus impositum à Chri-
 sto se ipso satis esse grave, ecce quam
 subito desinat esse grave, quando ap-
 penduntur tot comoda, quibus sub-
 levatur. at quomodo dici unquam
 potest Consilia Evangelica in se ipsis
 esse gravia, si etiam præceptis onus im-
 minuunt? Ideo dicunt Sancti ipsorum
 onus esse simile oneri alarum, quæ pri-
 mæ fronte videntur plurimum grava-
 turæ Aquilas, & aves prædatrixes, quæ
 habent tam vastas, & tamen ad eò non
 gravant, ut etiam promptiores faciant
 ad librandam corporum suorum mo-
 lem usque ad summos non alpium tan-
 tum sed nubium apices. Quid tu er-
 go ais, qui ad eò formidas onus ejusmo-
 di suscipere? scio te ad id ferendum
 non esse obligatum, unde Christus dixit:
Tollite jugum meum super vos. sed
 non dixit: *Tollite onus.* quia injunxit
 equidem omnibus præcepta, quæ sunt
 Jugum, sed nemini Consilia, quæ sunt
 onus superadditum jugo. Nihilominus
 quid refert te obligatum non esse?
 quando opus aliquod ingens affert lu-
 crum, quis ad ejus executionem obli-
 gationem expectat?

4. Considera id, quod ejus sequa-
 cibus maximè reddit suave Jugum
 Christi, & onus leve, haud dubie esse
 amorem, quo feruntur in Christum.

hic enim est effectus amoris, qui
 hemens est. facit, ut amantem non
 eiat, quod paritur pro amato, *Sermo*
Jacob pro Rachel septem annis, &
bantur illi pauci dies pro amato magno
rudine. Gen. 29. v. 20. Potest
 more quomodo diligi possit. *Mors*
 qui denique fit Dominus non
 austerus, sed iniquus, perfidus, cru-
 lentus, & proditorius, qui amantem
 ad eò malè credulis blanditur: pro
 illi potius adhaerere propensior
 rã natura, quæ te inclinat ad
 cupiditatibus tuis inordinatis, *quod*
 docet, hoc est ex amore propositi,
 autem amorem proprium neminem
 ferre tantum suavitatis, quantum
 amor Christi. tu forte in statu
 ritatem istam non capis: at
 sanctis, qui eam sunt experti.
 horum commutaret vel uno die
 illam corporis puritatem, suam
 pertatem, suæ jejunia, flagra,
 ipsos contemptus, ad eò molestiam
 omnibus, quæ polliceri ipsis potest
 Concupiscentia carnis, vel Car-
 centia oculorum, vel superbia
 magnifica? *Propter quod placeat*
infirmis meis, in contentione
necessitatibus, in persecutionibus,
gestis pro Christo. 2. Cor. 12. v. 15.
 in quo dicit Apostolus: *Placet*
 non in miraculis, non in appropria-
 bus, non in plausibus, non in
 Divina suæ Eloquentiæ, sed in
 tudine tribulationum, quas sustinet
 pro Christo. Verum id non
 pertis persuaderi potest. *Quid*
 illa possit

In ista tuo agere te oportet? Conare
amare Christum, quantum potes, &
tunc videbis, an cum auxilio aliqua lo-
cutionis sit Christus, cum dixit sequacibus

fais suave futurum ipsorum humeris
jugum suum, & leve onus. *Jugum
meum suave est, & onus leve.*



XX.

Sagitta tua transeunt: vox tonitrui tui in rotas. Pl. 76. v. 19.

Confidera, quid sint cuncta illa
mala, quae in hac terra immittun-
tur nobis à Domino, omnes ærumnae,
omnia adversa, sunt tonidem sagittæ,
quas bene consideres, quas cælo jaculatur,
ut nos puniat, sive ut probet, sive
ut ostendat, ne ab illo profugiamus: sagit-
tæ enim neget, terribiles, sagittæ acerbæ,
sagittæ acutæ, sagittæ, quæ penetrant
perpendendo ad ebibendum non tantum
sanguinem meliorem, sed & Spiritum
sanctum Domini in me sunt, quarum in-
firmum edidit Spiritum meum. Job. 6.
Denique sunt sagittæ transeun-
tes: *sagitta tua transeunt.* Moritur
autem filius: ictus est transiens. tollit
honor: ictus est transiens: aufe-
rantur opes: ictus est transiens: con-
tate in tribunal pronunciat senten-
tia: ictus est transiens. *sagitta tua tran-*
seunt. Equid erit illud, quod nun-
quam transibit? vox erit horrenda,
quæ Christus inronabit in auribus pec-
catorum, cum extremo die eos à se a-
bandabit, dicetque iratus: *Discedite
à me maledicti in ignem æternum.* Hæc
est vox, quæ æternum resonabit in au-
ribus reproborum, æternum affliget,
æternum occurret, quin unquam ab
illa possint avertere animum: imò om-

ni tot sæculorum gyro quovis momen-
to tam vivam ejus speciem habebunt,
quasi tunc audirent ex ore Christi Ju-
dicis. adeoque non erit illa vox tran-
sientis, uti sunt nostræ, sed erit vox stabi-
lis, vox firma, qualis est Divina, & licet
quadam effectus sui successione tran-
seat, ita transibit, ut transire nunquam
desinat, quia motu quodam perpetuo
insister illa semper Rotæ æternitatis, &
in corde Reproborum eundem cum
prima producer effectum. *Vox tonitru-*
tus in rotas. Quis igitur fieri potest, ut
tantopere te perturbent mala tempo-
ralia, quæ transeunt instar sagittarum,
& consequenter vim non habent de-
nuò revertendi, & tamparum te mo-
veant æterna, quæ transeunt quidem,
sed quasi in circulum eundo semper,
& nunquam abeunt?

2. Confidera, quare vox illa, quæ
Christus pronunciat in Repobos
decretoriam damnationis sententiam,
dicatur *vox tonitru.* tribus ex capiti-
bus sic vocatur. propter principium,
propter proprietatem, & propter effe-
ctum suum. I. ita vocatur propter
principium suum. enimverò numquid
nôsti, unde procedat vox propria toni-
trui? Procedit à victoria, quam deni-

Ecc e 2 que



que repositat vapor, quando perfractis nubibus, quibus densatus & contractus tenebatur, erumpit liber captivitate suâ, seque per aërem furibundo impetu diffundit. A simili principio procedet horrida vox Christi Judicis, nempe à victoria, quam ita ejus iustitiam tam diu retenta & repressa à Patientia denique referet illo atroci die, qui propterea *dies ira* appellatur, quia ira tunc non amplius quasi captiva tenebitur, uti nunc, in corde Christi, sed tantò vehementius prorumpet, ut se in audaces illos diffundat, quanto diutius retinebatur, ne erumperet. *Tacui, semper silui, patiens fui, ut parturiens loquar.* Isa. 42. v. 14. & tu non dubitas modò ex hoc ipso capite provocate ad iram, qui tacet? II. Vox ista Christi *vox tonitru* vocatur propter suam proprietatem, nempe resonandi magno cum sonitu. *Vox tonitru* ejus *verberabit terram.* Eccl. 43. v. 18. Etiam Angeli die illo insonabunt, sed quâ voce? vocet ubi duntaxat: quia qui audietur in una parte mundi, non audietur in altera. Aliàs quid esset necesse plures mittere? Christus insonabit voce tonitru, & tonitru horrendi. *tonabit voce magnitudinis sue.* Job. 37. v. 4. quia simul à quatuor mundi partibus audietur: unde pariter hic dicitur vox ejus datura sonum *in rotâ*, hoc est, *in orbe.* *vox tonitru tui in rotâ.* III. Vox ista Christi *vox tonitru* vocatur propter suum effectum, nempe terrorem inexplicabilem, cujus futura est causa. *A voce tonitru tui formidabunt.* Pl. 103. v. 7. hæc faciet, ut damnati non solum horrore se vertant

ad montes exorandos, ut cadant ipsos, ad marmora, ut comminuant, ad terram defliscens omnes cogent profunda abyssi, siste tantisper, donec pondera verba illa: *Dignus maledicti in ignem æternum.* quoddam quasi compendium omnium atrocium, quas quidem temere Ita Divina possit, & videtur illa non sint verè incussura tantum maximum. Nunc dicitur per se loquitur Dominus, non quædam tonitru, quia nunquam verè irascitur: *Nunc non inferi formidabunt.* Job. 35. v. 3. cum illa advenerit dies ire, & tamen non quanti sit causa temeris, si forte avætarbinem exciter, vel tonitru in ædibus. Quid erit per se loquetur voce tonitru? *Comitum v. am. stillam sermonis ejus audierit quis poterit tonitru magnitudinis intueri?* Job. 26. v. 24.

3. Considera, quomodo vox tonitru futura dicatur *in rotâ*, quod solum quia implebit totum orbem terræ suâ fortitudine, uti supra dictum, sed etiam quia implebit orbem ambitum eternitatis iniquitatis, & furoris suo. Perpende, quod tecum ipso, quàm vastum sit quod impleri oportet, si in æternitatis incundus esset numerorum, quibus ad eam implendam est opus, an suppeteret acrimonia veniendi, quamcunque per arithmeticus, eâ facilitate, quæ dicitur numerus granorum, quod opus ad implendum totum orbem

terax usque ad summum apicem firmamenti? Ajunt isti, decem millia millionum, millionum, millionum, millionum, millionum granorum, quae cum minuta, quam tenuissima pauperum semina, spatium istud impleta. Sed quid haec omnia essent respectu aeternitatis? si in ejus vastissimo ambitu omnes istos acervaveris milliones paulo ante recensitos, non decem minorum, sed etiam seculorum, nihil plane feceris, & si totidem alios, nihil, & si totidem alios aliosque, minus nihilo. tantum restabit semper vacuum implendum, quantum primo fuit. omnia absorbet. o vota-

ginem immensam! quid igitur de te fiet, si in illam incidas abyssum, ubi aliud non est nisi locus poenarum. quantum potes, in altum assurge: alia actus erit tecum. *perditus in eternum eris, ait Dominus.* Jer. 31. v. 26. quia rota aeternitatis seu bonae seu malae non moveretur, uti stulti quidam dicunt de rota fortunae, stat semper firma: qui in ea semel eminet, semper eminebit, qui deprimitur, semper deprimitur. Volvetur tempus, sed non volvetur fors & conditio hominis, qui non amplius habet tempus operandi bene.

Nunc ergo, dum tempus est, operare.

* * *

XXI.

Qua seminaverit homo, hac & metes, quoniam qui seminavit in carne sua, de carne & metes corruptionem, qui autem seminavit in Spiritu, de Spiritu & metes in vitam aeternam. Gal. 6. v. 8.

Considera, quomodo nobis vita praesens sit tempus seminandi, & futura metendi. Id ergo cum proportionem merendum erit in futura vita, quod nunc fuerit seminatum in praesenti. *Qua seminaverit homo, hac & metes.* Semen sunt opera, metes, ut omnes sciunt, merces operibus respondens sive praemij sive poenae. Qui seminaverit triticum, triticum colliget, & qui seminaverit lolium, colliget lolium: hoc est, qui bonum fecerit, habebit bene, male vero, qui fecerit malum. *Filius hominis venturus est in*

gloria Patris sui, cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera ejus. Matt. 17. v. 27. Ista lex est, meo judicio, maxime tremenda, quae inveniri possit, quia nullam exceptionem admittit, ad omnes spectat, omnes obligat, omnes ferit. & ideo ea Apostolus promulgat formulam, qualis haec est, ad eam universali. *Qua seminaverit homo, hac & metes.* Quicumque sit sive Princeps sive plebeius, non respicietur facies cujusquam. uti homo est, ita subditus est legi, & ita subditus, ut aeternum sperare dispensationem non possit.

Ecc e 3 Quid



Quid agis igitur, quod tam parum attendas aliquando operibus, quæ facis? bene adverte omnia hæc opera esse semen, quod sine fructu esse non possit: & ideo cave, ne temere manibus excidant. Attende imprimis instar seminantis, sintne bona, an mala. si bona, sparge strenuè, quia bene habebis. *Dicitur Iusto, quoniam bene: quoniam fructum adinventionum suarum comedit.* Il. 3. v. 10. Si verò mala, miserum te, time, & contremisce, ò quantum tibi imminet mali! *Va impio in malum; Retributio enim manuum ejus fiet ei.* Il. 3. v. 11.

2. Considera, quomodo providus agricola, ut bonam messem colligat, non solum satagat spargere bonum semen, sed etiam in solo bono; aliàs perinde erit, ac si seminasset malum semen: *Qua seminaverit, hæc & metet.* Verum namque est, quod solum bonum malum semen reddere non possit bonum, ac è contrario solum malum reddit malum etiam bonum semen illud depravando. & sic facit denique messem quoque esse malam. *Seminaverunt triticum, & spinas messuerunt.* Jer. 12. v. 13. Porro hæc cautela agendum tibi quoque esse persuadeas. habes in te ipso duplex quasi solum sed diversissimum, Carnem & Spiritum. Spiritus est solum purum, pingue, fecundum: Caro verò est solum adeò putridum & malignum, ut corrumpat etiam bonum semen, quod recipit, faciatque malum, hoc est, dignum poenâ, quod præmio dignum erat. & ideo hîc dicit Apostolus: *Qui seminat*

in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminavit de Spiritu & metet vitam æternam. le dicitur seminare in carne, qui ratur in commodum ipsius carnis, ille in Spiritu, qui operatur in vitam Spiritus. Attende igitur, non sufficit opera tua aliàs esse bona, insuper seminanda sunt in Spiritu est, dirigenda in commodum Spiritus, quamprimum dirigit in utilitatem, ecce jam in carne feminas de tecum agitur: non potes immo corruptionem. *Qui seminat in sua, de carne & metet corruptionem.* Explico, si in largiendo sic habes feminas bonum semen, ac si ingiaris pro genio tuo, expendas crapulas, luxum, lascivias, concuprotanas; ecce in carne feminas pro sensualitate ipsius expendis, si prædices, feminas bonum semen si hoc facias ad questum, feminas in carne, quia prædicas pro gloria ipsius. Si patiaris, feminas bonum semen, ac si patiaris, ut gloriam quaeris humanam, feminas in carne quia pro ejus Ambitione patiaris, autem posito non potes expectare messem peritilem, quale solum, in quo feminas; quia caro corruptum etiam corrumpit, quæ est causa, cur dicat Apostolus *Metet corruptionem*, quia caro corruptibile in fine deficit. Eccl. 7. v. 20. Si colligere velis messem bonam, non solum semina bonum semen, sed id semina in Spiritu, hoc est, sic age, ut satisfacias ulli ex cupiditate

cibus inordinatis, quæ in carne tuâ
 dominantur, age, quod agis, propter
 vitam æternam, & tunc non solum cor-
 ruptionem non metes, sed metes vi-
 tam, & vitam metes æternam. *Qui
 metes in Spiritu, de Spiritu & metet vi-
 tam æternam.* Spiritus dat vitam :
Spiritus est, qui vivificat. & sic Spiritus
 dat germina vitæ. Spiritus est æ-
 ternus, quia nunquam moritur, & sic
 Spiritus dat germina vitæ æternæ. In
 quo igitur solo merito spargendū pū-
 tum semen tuum? carnis, an Spiritus?
 certum est nunquam fore, ut in ali-
 quo tuo prædio illud eligas, quod adeo
 ministrat labores tuos, & tu eliges in
 personam tuam? Nota ergo, Apostolum,
 cum de homine loquitur, qui statuit
 labores suos impendere in utilitatem
 carnis, dicere *in carne suâ* : at cum
 de eo loquitur, qui statuit im-
 pendere pro utilitate Spiritus, non di-
 cere : *in Spiritu suo*, sed *in Spiritu*;
 quia caro nobis venit quodammodo à
 nobis; & ideo merito nobis adscri-
 bitur. Spiritus autem totus est à
 DEO. hæc verò ratione quid mirum
 tantam quoque & Spiritum produ-
 cere germina tam diversa? A nobis,
 uti scimus, non possumus polliceri no-
 bis nisi pessima. *Fili non semines ma-
 la in Sulcis iniustitia,* quales sunt illi
 Carnis, & non metes ea in septuplum.
 Eccl. 7. v. 3.

sed hoc parum te moveat. nam ob
 hanc ipsam causam operatio hominis
 semini comparatur, quia non statim
 respondet præmiū vel pœna, sed
 tempus requiritur. *Qua seminaverit
 homo, hæc & metet.* non ait, *Meret*,
 sed *metet*. Ita est, constringit aliquan-
 do iustissimo DEI iudicio subitò ali-
 cui præmiū decerni vel pœnam. sed
 hic est casus à communi lege exorbi-
 tans, qualis fortè fuit Isaac, qui dicitur
 eodè anno, quo seminavit in agris
 Gerari, messivisse, & messivisse centuplū,
 quia DEUS modo speciali benedixit.
*Sevit autem Isaac in terrâ illâ, & invenit
 in ipso anno centuplum : benedixit quo-
 ei Dominus.* Gen. 26. v. 12. Ordina-
 riè contingit expectari tempus à DEO
 messi præfixum, *tempus retributio-
 nis.* Eccl. 18. v. 24. quod non est vita
 præsens, quâ seminamus, sed futura.
 Itaque si fecisti malum, ne dicas, hoc
 feci, nec idcirco recepi malum : Ne
 dixeris : *Peccavi, & quid mihi accidit
 triste?* Eccl. 5. v. 4. quia, si peccasti,
 seminasti, satis esto : metes, ne dubi-
 ta, suo tempore malum illud, quod
 fecisti. *Qui seminat iniquitatem, me-
 tet mala.* Prov. 22. v. 8. & si fecisti
 bonum, ne dicas, tam diu jam pergo
 operari bene, & tamen nullus adhuc
 apparet fructus operis : *Quare jeju-
 navimus, & non aspersisti : humiliavi-
 mus animas nostras, & nescisti.* Il. 58.
 v. 3. Patientiam habe, fructum col-
 liges opinione tuâ majorem. *Semi-
 nanti iustitiam merces fidelis.* Prov. 11.
 v. 18. non *subita*, sed *fidelis*, fidelis
 propter certitudinem, fidelis propter
 abundan-

abundantiam, fidelis propter stabilitatem. non vides, quantâ patientiâ agricola expectet messem suam, quamvis sentiat se propè enecari fame. *Ecce Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporarium, qui sunt primi fructus, & serotinum, qui sunt postremi.* Jacob. 5. v. 7. noli ergo anhelare ad mes-

sem præmaturè in herba commo-
desiderans, ut te DEUS retineat
in hac vita: id enim si faceret, tu
nè non prodesset. Expecta tantum
tisque ad alteram, quæ deinde
cunctabitur venire. *Patienter
estote & vos, & confirmate corda
quoniam adventus Domini appro-
quavit.* Jac. 5. v. 8.

XXII.

*Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metum
non deficientes.* Gal. 6. v. 9.

CONSIDERA, quomodo consequen-
ter ad id, quod speciatim sub fi-
nem præcedentis meditationis expen-
dimus, cum dixisset Apostolus: *Qui
autem seminat in Spiritu, de Spiritu &
metet, vitam æternam*, mox subjunxe-
rit verba ista, argumentum præsentis:
*Bonum autem facientes non deficiamus
&c.* quippe cum tantus sit provenus
seminantis in Spiritu, æquum omnino
est, nisi sensu caret, ut tempus non
perdat. *Mane semina semen tuum,*
incipiens à puero bene agere, *& vespere
ne cesset manus tua*, id etiam profe-
quens in senectute: *quia nescis, quid
magis oriatur, hoc aut illud*: quia sci-
ri non potest, quodnam è seminibus
futurum sit magis quaestuosum, id,
quod manè, an quod vespere semina-
tum est: *& si utrumque simul, melius
erit.* Si ambo tantundem fructus gi-
gnant, tantò erit melius. Eccl. 11. v. 6.
Tres igitur sunt causæ, quæ facere

possunt, ut is, qui seminat, non
abrumpat laborem, qualis hinc
parùm molestum. Tardum est
tristitia. & ista facere possumus
ut cesses operari bene, ut bene
Prima est tardum, quia semina-
bor, lapsu temporis creat fructus
cum huic operi nihil misceretur
pratis: unde facile contingit
optimè procedit, ex pigritia
Idem accidit in operando bene,
mè subeunte nauicâ. Itaque
su excute tardum tam malè
gerendo tibi, quod, qui parè
parè & metet. 1. Cor. 9. v. 11.
multum metas, necesse est, ut
semines, & ut multum seminat
dicitur est opus. Altera causa
mor, quia, qui seminat, expedit
injurijs cæli; & ideo sæpe aliam
tu domum se recipit, cum res
ret. ita qui bene operatur, id
mittit aliquando: cur? ob vici-

aliquem molestum, quem sentis sur-
gere, siue reuerentis, siue tribulatio-
nis, siue consilij contrarij, quod à pra-
teritis hominibus datum illi fuerit. Por-
ro oportet hoc loco bene meminisse
sententia: *Qui observat ventum, non
operatur.* Eccl. 1. v. 4. Ut multum
damus, contemnendi sunt flatus et-
erni Aquilonum, & sic secundo loco
moderate est opus. Tertia est tri-
stitia, quia, qui seminatur, privat se ipsū
tristitico, quod habet. & ideo, quavis
sit se illud non projicere, sed expo-
nere, ut ita dicam, ad usuram, nihil-
ominus haud satis credit sibi ipsi, &
ita non eā alacritate operatur, quā
merces solent. *Euntes ibant, & fle-
bant, mittentes semina sua.* Pl. 125.
v. 6. Idem in casu nostro accidit. exi-
ta fides hominum facit, ut videantur
illud projicere, & iacturam pati, dum
ad spiritu seminant, cum tamen cen-
sus sunt denique accepturi pro u-
tore. Itaque fortiter insiste promissis:
Cuncta ista faciant, ut non solum o-
peris assidue, non solum animose,
sed & hilariter. *Qui seminatur, simul
gaudet, & qui metit.* Jo. 4. v. 26. quip-
pe hoc discrimen est inter sementem
naturalem, & spiritualem, quod ma-
terialis aliquando fallat, & ideo mirū
non est, non esse tam laetum, qui spat-
riticum, quam qui metit. at spiri-
tualis semper est securus, & ideo is, qui
operatur bene, contentus esse debet,
quasi jam possideret premium: *Fru-
ctus enim passiva in pace seminatur.* quia
quod ad istum non est timenda tempe-
ras, quae invadat. Jac. 3. v. 18.
R. P. Pauli Segneri *Mamma Anima.*

2. Considera ad sublevandum la-
borem miser colonum, dum seminat, &
ad tribuendam illi tum animositatem,
tum laetitiam, nihil ita conducere quam
cogitationem messis. *Debet in spe,
quarar, arare.* 1. Cor. 9. Unde di-
cit Apostolus: *Bonum autem facientes
non deficiamus:* & mox pergit: *tem-
pore enim suo metemus non deficientes.*
quid autem vult dicere, cum ait: *me-
temus non deficientes?* Vult dicere;
metemus, si non defecerimus. Hac
quippe est conditio maximè illi neces-
saria, quisquis vult metere fortunata
germina illius Beatitudinis, quae Deus
in vita futura nobis praeprarat, ut in
praesenti non cesseret seminare in Spiritu
propter ullum, quod opponi possit,
obstaculum. *Qui perseveraverit us-
que in finem, hic salvus erit.* quam-
primum desinis seminare in Spiritu, &
incipis seminare in carne, totum est
perditum. *Germinabit quasi amaritu-
do iudicium super sulcos agri.* Os. 10.
v. 4. Verum est alios SS. Patrum praedi-
ctis verbis alium duplicem tribuere
sensum. Primo *metemus non deficien-
tes*, quia messis, quam in Coelesti
gloria colligemus, felicitatis, solatij,
satisfactionis, messis erit nunquam fi-
nienda. *Qui seminaverit in Spiritu,
de Spiritu & metet vitam aeternam.*
Quod si messis futura sit perpetua,
nonne aequum est, ut paucis huius die-
bus vita ad seminandum destinatis à
DEO ob lassitudinem aliquam manū
non retrahamus ab opere? *Noli can-
tari in tempore angustia.* Eccl. 10. v.
29. hoc est, in tempore tam compen-
dioso,

diolo, tam brevi, ut est presens; quia primum nobis à DEO propositum semper novum sumet initium. *Si homo non imposuerit finem operi, nec Deus imponet remunerationi.* Aug. Secundò metemus non deficientes, quia mellis futura in Paradiso nullo modo est similis isti, quæ fit in terra. In terra est equidem opus lerum, sed laboriosum, quod citò enervat homines, etiã viribus robustos. At in Cælo opus est merè delectationis, in quod si simul omnes impendamus facultates nostras, nunquam erit periculum languoris. *Metemus non deficientes.* Hoc autem quid est nisi signum maximæ voluptatis, quæ in hac messe sentitur? omnes mundi hujus recreationes denique fastidimus, illa semper tenebit alacres vegerosque instar comædiæ, quæ in pulcherrimo theatro recens exhibetur. *Quis satiabitur videns gloriam ejus?* Eccl. 42. v. 26. Quid igitur deduces è duabus istis genuinis expositionibus à me allatis, nisi semper hæc esse seminandum in utilitatem Spiritus, quamvis id præter mortem tibi accideret molestum? *Nolite deficere benefacientes.* 2. Thess. 2. v. 1. quia mellis multò erit pulchrior, quam

credi possit. *Qui seminavit in misericordia, in gaudio metent.* Plag. 3. 3. Considera, quomodo seminendam tam beatam messem loquimur, ita ut non sit cetero parat, sed copiosa, demum non sit spargere bonum semen, nec in solo bono, nec facere reliqua in duabus meditationibus prædictis dicta sunt. Oportet inquirere si semen sparsum conera voluerit paces, quæ semper illi tribuantur, namque est per se una obligatio boni seminantis, et non in terra. Sed quomodo tenebitur hoc men? regeudo, ita Humiles isti summâ curâ regunt, quidem ni faciunt in utilitatem Spiritus, ideo maximum inde lucrantur, cum jactabundi id facere stentent, atque ideo vel non magnam partem amittant. *Stis multum, & inultis parum.* I. v. 6. Quæ igitur causa est, quæ è bono, quod facis, parum lucratur? Non tegis, cum id regeretur. *Volucres Cæli, quæ sunt in vana gloria cogitationes, Cæli comedunt illas.* Luc. 8. v. 5.

XXIII.

Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Eccl. 34. v. 7.

x. Considera tantam esse similitudinem, quæ inter bona tempo-

ralia, & somnia intercedit, & Interpretes hoc loco sine dubio

Somnorum nomine memorata bona intelligant. Et sanè quemadmodum somnia solum æstimantur à dormientibus, à vigilantibus verò ridentur, ita contingit in bonis hujus miseræ terræ. Quæ sunt, qui tanti ea faciunt? sunt hi, qui dormiunt: hoc est illi, qui, cum habeant intellectum malis vaporibus offuscatum, judicant de rebus, non ut revera sunt, sed prout illas tantè Phantasia representat. Sancti vero, qui juxta mandatum inculcatum à Christo semper vigilant, hoc est, non permittunt obnubilari intellectum, o quam parvi illa faciunt! Tu quid ages, ut eadem, sicut par est, contemnas? Vigilabis. *Igitur non dormiantis, sicut et ceteri, sed vigilantis.* 1. Thes. 5. v. 6. Dæmon, quantum potest, conatur animo tuo concitare somnum aded nocivum. Ideo precutit, ut omittas orationem mentalem, quæ ad eum propellendum inanimè conducit: ideo exosa tibi facit opera penitentiarum; ideo invitit ad concellationes, oblectamenta, diverticula, ut hac ratione augeantur vapores, qui sursum in caput ascendunt, & vel utro claudant oculos. Non ita: sed tunc oppositum illi, quod dæmon à te postulat, & sic semper vigil contemnas ea, quæ, si obdormisces, valde precium est, ut æstimes. non audisti, qui sunt illi, qui tantopere amant somnia: sunt hi, qui dormiunt: *Dormientes inquit Elias, et amantes somnia.* 11. 1. v. 10. aded ista inter se sunt cõnexa. 2. Considera somnia dici multis esse illusisse. *Multos errare fecerunt*

somnia. & sic multis pariter illuserunt hujus terræ bona. imò quàm multis etiamnum illudunt, & eo genere & modo illusionis, qualis esse in somnijs solet. Suaviora somnia duobus modis illudunt: vel persuadendo te tunc esse felicem, dum miser es, ut illi mendico contigit, qui somniabat suas esse, quotquot ad portum appellebant, onerarias, vel promittendo te saltem fore talem, uti multis accidit, qui quotidie somniant se futuros Præsules vel Papas, cum deinde Romam venerint, nec aditum in aula reperiunt. Et sic etiam faciunt hujus mundi bona, divitiarum, clientelarum, applausus, honores faciunt, ut putes te esse felicem. Sed non est ita. imò tunc inferior es, quàm unquam aliàs, quia versaris in summo pereundi periculo, & non agnoscis. *Somnia extollunt imprudentes,* hoc est, *extra se tollunt.* aded repente hominem eripiunt sibi. Eccl. 34. v. 1. quod si aliquando id consequi non possunt, ut te felicem esse persuadeant, tot sunt curæ, quas in dictis bonis tunc sentis, amaritudines, & angustiarum; nihilominus spondent te fore felicem. Sed ne credas; quia si facere felicem possent, nunc sanè facerent. *Qui nititur mendacijs, quid agit? hic pascit ventos,* nempe Spiritus suos ambitiosos: sed *idem ipse sequitur avos volantes,* quia eò pervenire non potest, quò aspirat. Prov. 10. v. 4. Imò verò an nescis, quid de somnijs dicatur? dicitur ea plerumque prænunciare oppositum illi, quod accidit. Idem fit in bonis hujus Mundi. promittunt

tant dare felicitatem, & postea dant miseriam, ut adeo dicatur: *Exciderunt sperantes in ipsis*, hoc est, exciderunt a spe, quam falso conceperunt. ita cuidam contigit, quem refert Gregorius Dial. l. 4. c. 49. qui somnabat adhuc multos vitæ annos sibi reliquos futuros, atque ideo se impendit colligendis, acervandis, cumulandis pecunijs, metuens, ne forte sufficiens peregrinationi suæ viaticum deficeret aliquando. his ipsis laboribus fractus miser brevissimo tempore occubuit, & magno suo ludibrio deprehendit longè plus sibi superesse viatici quam viæ. Cave, ne idem tibi contingat. Somnias vitam tibi fore diuturnam. *Anima habes bona posita in annos plurimos*, & sic vivis pariter quasi securissimus pertingendi ad scopum tibi ab imaginatione tua præfixum. Eja ergo attende, ne hac ipsâ nocte tuis quoque auribus in sonet vox illa terribilis, quæ clamat: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, & que parasti, cuius erunt?* Luc. 12. v. 20. Hæc est fors illorum, qui credunt somnijs.

3. Considera, cum dixisset hîc Sapiens: *Multos errare fecerunt somnia*, non idcirco subiungi: *Exciderunt habentes spsâ, sed sperantes in ipsis*. malum enim non in eo consistit, quod quis habeat somnia etiam multa, quæ maximè blandiantur, sed in eo, quod illis fidem adhibeat. idem accidere puta interrenis bonis. Verum est, ubi multa sunt somnia, plurima sunt vanitates. Eccl. 5. v. 6. quia difficile est earum nullam habere rationem, etiam

minimam, nihilominus malum est, quæ non consistit in possidendo, sed in habendo, quantumvis copioso. Inquit Henricus Imperator sancti regni celebris, possedit Gregorius Casimirus, Ludovicus Galliarum horum nullus hinc damnatus, sed commodum, quia novæ impendere propter DEUM. in eo consistit, quod confidat in eis, quasi beare possint eum, qui magis abundat, atque illud est, cavere maxime oportet, ne de somnijs hic dicit Sapiens: *Multos enim errare fecerunt somnia*, nota non dici: *Multos enim errare fecerunt somnia*, sed: *errare fecerunt somnia*, quia propriè loquendo, somnia decipiunt quemquam, ut rudi loquendi modo paulò antè diximus: dant autem alijs occasionemceptionis, hoc est, quod ait Dorotheus: *Non sit in te, qui observet somnia*, 18. v. 10. Non sunt terrena, quæ te decipiunt, quia ipsa per se ut credas de ipsis, quod lubet, etiam tam variè credunt, & prudentes & fatui. Tu es, qui te ipsum: quia dormientia pluris facis quàm sunt, oculis & contemnes. *Velut somnia gentium Domine, in civitate tuâ, quæ in ipso ad nihilum rediguntur*, 72. v. 20. Quæ est hæc imago, qua sermo est? Est felicitas minorum, felicitas non vera, sed imaginaria. Jam verò ista felicitas, multis videtur tantâ mole confusa

ita vis, subito evanescet instar
 fumo, modo evigiles. ar ubi evigi-
 latis? in oratione. ista est illa Jerusa-
 lem, ubi DEUS se dat cognoscendum
 in terra clara luce, & ideo ibi, qui dor-
 mivit, evigilat, & evigilans momento
 cedit, quod dormiens tanti faciebat: &

ipse quoque fateretur felicitatem amato-
 rum Mundi totam transire in nihilum.
*Gaudium hypocrite ad instar puncti. ve-
 lut somnum avolans non invenie-
 tur. transiet sicut visio noctar-
 na. Job. 20. v. 7.*

XXIV.

S. Bartholomæus Apostolus.

*Pro justitiâ agonizare pro animâ tuâ: & usque ad mortem certa pro
 justitiâ. Et DEUS expugnabit pro se inimicos tuos. Eccl. 4.
 v. 33.*

Considera Justitiam nostram esse
 DEI gratiam, hæc enim est, quæ
 nos justos facit. jam ergo si de hac
 Gratia agatur, cogita agi de toto homi-
 ne: *Hoc est enim omnis homo.* Ecclesi.
 4. quid est homo quicumque sine Gra-
 tia non est dignus vel nomine homi-
 nis: quia longè miserabilior quovis
 bestio existit, quovis stipite, quovis la-
 pte, qui aliquo tandem modo in statu
 suo amantur à DEO: cum ille in suo
 hominem quantum odio habeatur. Quo-
 tidie igitur de hoc agitur, ut patiaris
 pro servanda DEI gratia, *pro justitiâ,*
prope usque ad ultimum spiritum, pro
animâ tuâ, hoc est, pro virtute tuâ, te
ipsum impendendo. Agonizare, ita
dicuntur agonizare. Redigi oportet, si
facere necesse, etiam ad agonem, ita ut
nulla sit separatio tam plena doloris,
separatio à tuis, à tuo, à teipso, quam
non toleres. Grande est hoc pretium

Gratiæ Divinæ, ut ad tantam pro ea
 conservanda veniat abscissionem,
 quæ ad agonem usque redigaris. *Pro*
justitiâ agonizare pro animâ tuâ.

2. Considera pro gratia DEI te non
 redigendum duntaxat ad statum ago-
 nizantis, hoc est, quantum potest, cum
 morteluctantis, ne vitam eripi sibi pa-
 tiatur, sed etiam ad statum morientis:
 quatenus vitam potius adimi tibi susti-
 nes, quàm ut Gratia talis facias factu-
 ram. atque hoc est, quod ait: *Us-
 que ad mortem certa pro justitiâ.* Non
 solum dicit usque ad horam mortis fi-
 deliter certandum nunquam armis de-
 positis, sed dicit certandum usque ad
 mortem fortiter sustinendam. Duplex
 est mors, una propria, altera metapho-
 rica, morte proprie dictâ moriuntur
pro justitiâ, qui potius se patiuntur ab-
 sumi flammis, lacerari ferro, à feris la-
 niari, quàm ut velint rebus consentire

Fff f 3 ini

iniquis. & ad hanc mortem solum parandus est animus, atque in hoc casu sui debiti admonendus, moriendi prius ignibus exustum, confossum pugionibus, venis exsectis laniatum, quam peccandi. *Usque ad mortem certa pro iustitia.* morte metaphoricâ quotidiè moriuntur illi omnes, qui cum Apostolo possunt dicere: *quotidiè morior.* 1. Cor. 16. v. 3. nempe per integram sui abnegationem, quâ quodammodo se vitâ privant. atque huic morti, si necesse sit ad conservandam Gratiâ Divinam, etiam se subjici oportet, ita ut in hunc finem vel religiosa intrare claustra non recuset. Claustra, inquam, Religiosa, quia in his solis verè reperitur mors tam pulchra, ut censetur æquivalere martyrio, ob solemne votum obedientiæ perpetuæ, quod ibi nuncupatur. Neque mirum est, quia dum abnegas te ipsum reliqua duo exercendo Consilia Evangelicâ Paupertatis & Castitatis, adhuc potes tibi vivere, ut libet, potes esse pauper, & adhuc tibi vivere; potes esse castus, & adhuc tibi vivere, quia cetera potes arbitrari tuo vivere. at cum abnegas te ipsum per exercitium obedientiæ perpetuæ, non potes tibi vivere, jam es instar mortui: quia obedientiâ gladius est, ut loquitur Gregorius, qui caput à trunco abscindit, nec permittit ut deinceps tuo te capite gubernes. *Represâ arbitrii tui superbiâ, gladio præcepti te immolat.* L. 35. Mor. c. 10. & huic morti, ut dixi, etiam promptè se subjicere oportet pro iustitia, sensus est, si cognoscas conservandi DEI gratiam ve-

rum pro te modum si non tuentur ingressum in monasterium Religiosâ disciplinâ studiosum, ad cum transgari. *Usque ad mortem certa pro iustitia.* *Usque ad mortem certa pro iustitia.* Gratia DEI nonne vita est, quæ plus valeat quacumq; vitâ huiusmodi? *Gratia DEI vita aeterna.* Rom. vers. 23. Bene igitur pro vitâ exponi potest discrimini vitæ temporalis.

3. Considera id, quod dictum est, non posse cogitari hominis inferiore absque humore, quia illa natura sua vehementer abhorret ab omni agone, & longè magis à morte quacumq; sed dicitur, ut certes. *Certa pro iustitia.* Pars superior fortiter resistere inferiori, donec vincat, nunquam inferior etiam horret obicere superioribus; & tamen tam multi in bello succumbunt, iste ut Principi terreno, ille amore lucri, alius ambitionis gratia, alius alio respectu firmi momenti. Itaque pars superior in casu nostro dicere inferiori debet: *faciam pro DEO, quod tot alii non rentur facere quotidie, ut faciam pro DEO.* Corona non datur, nec eam armatâ manu obtinuerit. *coronabitur, nisi qui legitime coram 2. Tim. 2. Idcirco iustitia coram suam habet facilè omnium pulcherrimam: in perpetuum coronabitur.* Sap. 4. v. 2. quia iustitia est Gratia Dei, conservari debet in longo certamine tam interno quam

terno, unde sequitur: *incoquinatum certaminum primum vincens.*

4. Considera certamen non solum ordinari ad conservandum partem, sed etiam ad acquirendum. Ideo, cum dicitur: *Pro iustitia agonizare, & cum dicitur: Et usque ad mortem certa pro iustitia, semper utrumque intelligi, ut pro iustitia retinenda, & pro iustitia acquirenda, quia quis gradus ulterius Gratiae Divinae meretur, ut omnem feracitatem quamcumque; doloriferum, omnem agonem, omnem angustiam, imò mortem ipsam crudelissimam. Quo posito, tamen in mundo salutem consequi posses, quanto tamen amplius consequi in Ordine Religioso potes? quare igitur non animose pro acquirendo tibi moreris, collum submittens gladio, qui parem faciat martiribus Paradisi? si Religiosus jaces, potes equidem fervore operum accedere tibi mortem naturalem, quod concedo: sed potes quoque majorem facere Gratiae proventum. Esto igitur, decem annis minus vivas, quidni fiat? *Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti & auri, pro qua tamen in ipso mundo tam multi quotidie vitam sibi immittunt. Prov. 3. v. 14. Occurrent tibi, & summo furore aggredientur illi Lupi, quorum faucibus eripere laboras miseris oviculis ademptas Christo. Aggrediantur sane, quid refert? O quantum lucraberis eripiendo aliis artus suas malignas! si operi tam digno immortali necesse sit, dic cum Apostolo:**

Nihil horum vercor, nec facio animam meam pretiosorem quam me. Act. 20. v.

24. Hoc enim verò est certare non solum pro retinenda iustitia, de quo in puncto precedenti dicebatur, sed etiam pro acquirenda.

5. Considera te fortasse dicturum, quod ab ejusmodi conatu abstineas ob virium tuarum imbecillitatem. sed ideo denique Sapiens adjungit, ad futurum tibi DEUM. *DEVS impugnet pro te inimicos tuos.* Ita est, non dicit: *Pugnabit pro te*, quia tuum est pugnare. dicit autem: *expugnabit pro te*, quia ipse est pro te superare. Tu te ipso nihil potes; quis ignorat? sed modicum illud age, quod potes juxta modum auxiliorum, quae DEUS per intervalla largitur: & interim eum roga, sed ex corde, sed continuo, ut ipse dignetur rebelles tuos expugnare. Tales sunt appetitus tui inordinati, amor sanguinis, amor conversationis, amor commoditatis, amor gloriae. Istis ad obsequium reductis, quis portò erit, cum quo confingere formides? *Peribunt viri, qui contradicunt tibi: queres eos, & non invenes, viros rebelles tuos. II. q. 1. v. 12. tunc posses despondere animum, si tuum esset pugnare & vincere. sed non ita est. DEI est vincere: Expugnabit pro te. imò DEI est subministrare tibi vires pugnandi. Ego Dominus DEVS tuus, apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adjuvabo te. ibid. Unum igitur solum superest, ut nunquam quasi periculus cooperari ejus sanctissimae gratiae arma projicias.*

cias. tunc enim plurimum contra te
pravaletent inimici. Ceterum si Deus
jam non expugnat illos, ne id te affligat:
certò expugnabit: quia verbum est

fidei, ut advertit: *Laborum veritas
firmum erit in perpetuum.*
Prov. II. v. 11.

* * *

XXV.

S. Ludovicus Rex Franciæ

*Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metua-
tis: sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut
nam sic devorabit eos tineæ: salus autem mea in semper
erit. Isa. 51. v. 8.*

1. **C**onsidera, quantum in vita spiri-
tuali damnum tibi creet metus
ludibriorum, quæ necesse est tolerare
ab his, qui vitam profitentur contrariã.
Unde Dominus hoc loco hortatur nul-
lam eorum habere rationem. porro in
quo demum hæc ludibria consistunt?
in factis, aut verbis, nome sic est? cogi-
ta nunc pessimum, quod in illis tibi
possit accidere, quæ sunt facti, esse, non
solum læsionem honoris, non solum
contemptum, sed & opprobrium pati.
cogita quoque pessimum, quod acci-
dere tibi possit ex his ludibriis, cum in
verbis consistunt, esse, non solum di-
ceteria, non solum maledicentiã, sed &
execrationes pati similes illis, quas in-
fani contra cælum eructant; nihilomi-
nus jubet Dominus illa nihili facere.
*Nolite timere opprobrium hominum, &
blasphemias eorum ne metuat. quare?
quia malum, quod ab his ludibriis re-
fers in terrã, ab hominibus est, qui citò*

marcescent: & bonum, quod illis
ea in cælo succeder, ab ipso em-
ateternum durabit. Poterat Dominus
adducere mille alia argumenta
mendi illa ludibria. sed hoc contentum
est in præsens tanquam validissimum
areendum timorem. timor malis
apprehensione mali tolerari
jam verò argumentum, quod dicitur
ostendit illud valde esse tolerabile
sic subito pellit timorem, sed quomodo
tolerabile ostendit? quia ostendit
lum istud ex una parte, quæ de cælo
citò transiturum: & ex alia efficitur
mercaris præmium nunquam in-
dam. Hæc duo capita bene per-
de, & videbis fore, ut non solum
desinas malum ejusmodi, sed illius
triam desideres: *Beati, qui per
nem patiuntur propter justitiam.*
5. v. 10.

2. Considera malum istud
dictum, si rite consideres, deturpatur

opinioe consistere : quia consistit in
 magna estimacione, quam de te homi-
 nes demonstrant. Vnde ergo non time-
 re hanc opinionem? penitus confide-
 re quid sint isti homines. homines sunt
 corruptibili obnoxii. non sunt sancti,
 qui in caelo regnant: nam isti potius,
 quam bene agis, in pretio te habent. sunt
 mortales, & ut tales sunt iudicii fallaci-
 osi, iniqui, inconstantis, & ut alia de-
 ficiat, brevi omnes deficient. Nota ergo,
 quam vivis caracteribus DEUS eor-
 um mortalitatem describat. *sicut ve-
 rorem, inquit, sic comedit eos ver-
 mis, & sicut lanam, sic devorabit eos ti-
 nea.* Vermis est; qui nascitur in pan-
 no ad externa immunditie, qua forde-
 bit. tinea est, qua intrus nascitur. Ver-
 mis magis sunt obnoxii panni, quorum
 usus est in vestiendis hominibus, ar-
 maria, arca, parietes, & alia ejus gene-
 rit, quia magis exposita sordibus con-
 tinentis. Tinea magis sunt subjecti
 panni, qui non sunt in usu, sed cu-
 lodiantur in cistis. Ideo hoc loco
 panno usuali, qui venit nomine vesti-
 menti, tribuitur vermis: & panno sum-
 pli, qui venit solo nomine lanae, ad-
 ditur tinea. & quid Dominus hac
 distinctione tibi insinuat: insinuat,
 quemcumque hominem, sive sui curam
 gerat, sive non gerat, denique moritu-
 rum. Vermis denotat eas offensas,
 quae homini extrinsecus accidunt. ti-
 nea, quae intrinsecus. Unde si ad
 accelerandam mortem deesset vermis,
 qui primo loco memoratur; superesset
 tinea, hoc est, ejus naturalis caducitas.
Conspicatur velut à tinea. Job. 4. v. 19.
 R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

ista inhaeret visceribus hominis, & ideo
 omnino similis est tinea, quae cum non
 solum comedit, uti vermis facit, sed de-
 vorat, quia nec ossibus parcat. Ecce
 tibi paucis descriptum à Domino sta-
 tum hominis mortalis. I nunc, &
 pluris aestima, quam ipsummet Domi-
 num. *Quis tu, ut timeas ab homine
 mortali, & à filio hominis, qui quasi fe-
 rum ita avescet; & oblitus es Domini sa-
 ctoris tui? Isa. 51. v. 12.*
 3. Considera, quemadmodum vi-
 disti super terram hos derisores boni,
 quod agis, ita, quod minus eos cures, e-
 osdem à te merito etiam in inferno spe-
 ctandos: quippe quod nemo eò certius
 descendat, quam qui nec ipse per se be-
 ne agit, nec pati potest, ut agant alii.
 Jam si illos in inferno spectaveris, per-
 quam appositè intelligere potes hunc
 vermem, hanc tineam in sensu morali,
 prout antè in litterali intelligebas, cum
 eos in terra spectares. Itaque persua-
 sum omnino sit, cum illi miserabiles ibi
 fuerint *sicut vestimentum, sic comedit
 eos vermis, & sicut lanam sic devorabit
 eos tinea.* Vermis erit remorsus summi
 mali, quod in terra commiserunt insultando.
 tinea erit invidia summi boni,
 quod insultatione sua tibi attulerunt in
 caelo. & quis satis exprimat, quomo-
 do vermis iste, & tinea quasi certatim
 illos aeternum sint cruciaturi? Remor-
 sus cordi inerit, quis neget? nihilomi-
 nus non ita inhaerebit uti invidia, quae
 penetrabit usque ad ossa. *Purredo
 ossium invidia.* Prov. 14. v. 30. & ideo
 Remorsus representatur per vermem,
 invidia per tineam. Remorsus illos
 Ggg g debe-

debebit arrodere: sicut vestimentum, sic comedet eos vermis. at invidia etiam consumere: sicut lanam sic devorabit eos tineæ. cum dubitari non possit, et si remotus sit futurus atrocissimum tormenti genus, invidiam tamen fore sine comparatione atrociorē: quia ut ut sint impij, non tantopere illis dolet malum à se factum, quam bonum amissum, maxime cum vident eos ipsos hoc frui, quos tantopere habebant exosos. *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum Ec. Sap. 5. v. 3.* Invidia, quam quis habet adversus eum, qui consecutus est bonum, semper torquet: at nunquam magis, quam cum bonum est maximum, is vero, qui illud est adeptus, extitit inimicus: atq; hoc est, quod in invidia infernali magis quam quavis aliā concurrat. Quid igitur tanti tibi est, si maligni vel verbis vel factis tibi insultant? Ne dubites, si nunc paucis annis insultent, certo fore, ut tota æternitate invideant.

4. Considera ideo omnino tam opportunè subungere Dominum: *Salus autem mea in sempiternum erit.* Videbatur ludibrii, quæ recipiebas in terra, opponendus honor, quem erant in celo paritura: sed hoc illi non erat factis. salutem opposuit, quæ omnia complectitur, *salus.* ut videas, quantum hæc ludibria allatura sint fructum, si ea toleres patienter. afferent salutem, & id quidem ex duplici capite. primo, quia te avellent ab amore rerum creaturarum, quibus afficereris, si pro eo, quod te rideant in bono, quod agis, iunctis viribus honorarent. Deinde,

quia obrinebunt tibi amorem Creatoris. an nescis, quanto ille te amaret, si magis, si pro obsequio, quod præstas, ludibrio habearis? si tantus esses, tu fores obligatus illi. Ludibrio habitus, ipse contra est obligatus tibi. & ideo ecce casum horribilissimum, quo DEUS totus in te quando tu pro ipso facis bonum, accipis malum. *Si exprobrantur in nomine Christi, beati eritis.*

5. Considera Dominum salutem, quod demum tibi continget, tribuere meriti sua. meritò videbatur dicendum *infra.* *Salus autem vestra in sempiternum erit.* & tamen ille dixit *Deus* intelligas, quantum vis ad salutem, itam tu quoque conferas aliquam operatione tuā; siue comparatione meriti plus ipsum conferre sancti suā gratiā. Tantum ille salutem, ut totum facere meritò dicatur, prode si hæc salus dici potest tuum accepti, multò magis dicendum ratione doni. Quod si ita est, non videt, quantum hoc ipsum meriti habeat ad obtinendum operamorem, si feras te ejus causi committam ita fit, ut reddas obligatam tibi salutem, à quo salus tua magis quam à te dependet. *Perditio tua Israel: in summo modo in me auxilium tuum.* *Ec. 13. v. 9.*

6. Considera, si quis unquam creaturæ qui bene perciperet hanc doctrinam, utique fuisse sanctum illum Regem, cujus hodie veneramur memorem. Ille in Regia fortuna despondere se voluit (prout Grandes omnes decet)

virtutem non vulgarem, sed maxime
 excelsam, hoc est, sancti-
 tatem. & deo stulti Politici enim de-
 cedebant, quia in regimine, in vita, in
 virtute, in conversatione regulas serva-
 re eorum legibus prorsus contrarias,
 sicuti humilitatem anteponens, simu-
 lationem sinceritatem, luxui simplicita-
 tem, quæstui charitatem erga egenos.
 longe illis sapientior omnino con-
 temptus ab ipsis esse contemptum: &

hinc vide ad quantum furde fecit celsi-
 tudinem. Ejus irrisores infra in Bara-
 thro inferni ardent invidia. Ipse ve-
 ro non solum in cælo triumphat; sed
 hodie in terra quoque Regum est ma-
 ximus, quo unquam gloriata sit Gallia.
 & sic merito de ipso quoque legitur ho-
 die: *Mendaces ostendit, qui
 maculaverunt illum, & dedit illi clarita-
 tem æternam Dominus DEVS noster.*
 Sap. 10. v. 14.

XXVI.

*Veritatem autem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui
 est caput, Christus. Eph 4. v. 5.*

1. Considera, quid sit illud, quod à
 petro Apostolus, cum dicit: *Cres-
 cimus in illo*, non vult, ut quæras, mo-
 toriorum, crescere in magna tui
 estimatione, crescere pecuniis, digni-
 tibus, & aliis similibus bonis; vult,
 ut quæras crescere in Christo JESU:
Crescimus in illo, qui est caput, Christus.
 Et quid est crescere in Christo? nisi
 crescere in illo intimo affectu, quo ipsi
 est inhaerendum: id, quod fit,
 quando in ipso cor tuum totum habes
 repositum, nec jam extra illum quid-
 quam curas: omnia in eo reperis, ho-
 nores, opes, dignitates, & quidquid alij
 querunt extra ipsum. Nota igitur,
 quam bene hoc loco sit locutus Apo-
 stolus, cum dixit: *Crescimus in illo.*
 Aliud est crescere ad illum, aliud cresce-
 re cum illo, & aliud denique crescere in
 illo. *Crescunt ad illum*, qui relicto

malo applicant se bono cum firmiore
 semper proposito sequendi Christum.
 & tales sunt, qui in vita spiritali inci-
 pientes vocantur. *Crescunt cum illo*,
 quia jam facti sectatores eum comi-
 tantur quocumque euntem etiam ad
 Calvarium, imitatione semper exactâ
 magis Divinarum ipsius virtutum. &
 tales sunt *Proficientes*. *Crescunt in illo*,
 qui jam in ejus imitatione exercitati,
 quantum humana patitur imbecilli-
 tas, student semper acquiescere in illo
 magis, nec cupiunt aliud in hoc mun-
 do bonum. Et tales sunt *Perfecti*.
 Placeat indagare tantisper, ut dispicias,
 an in uno horum statuum versari vide-
 aris, & erubescas, si forsan agrè ad pri-
 mum perveneris, non dico ad secun-
 dum, cum desiderio felicissimæ fortis
 eorum, qui sunt in tertio.

2. Considera satis facile intelligi,
 Ggg g 1 quo-

quomodo crescendum sit illis, qui sunt de primo, vel etiam de secundo statu; sed non ita, qui sunt de tertio. & ideo, ut hoc constet, tam apertè hoc loco dicit Apostolus: *Veritatem autem facientes in charitate crescemus in illo.* nōsti veritatem ex æquo pertinere tam ad cogitationes, quam ad verba & opera. hinc est, quod sæpe in Scripturis Divinis compendio significet, quidquid boni fieri à justo potest. *Aperite portas, & ingredietur gens iusta custodiens veritatem.* II. 20. v. 2. Tu interim cum ad eum statum perveneris, ut, quoties cogitas, loqueris, operaris, hoc agas, quod oportet, *facias veritatem*, & agas insuper eo modo, quo oportet, nempe *in charitate*, hoc est, ex puro amore DEI, & non *in cupiditate*, hoc est amore voluptatis, vel lucri, vel gloriæ, cum, inquam, perveneris ad statum adeo excelsum, quaerere tamen debes majora semper incrementa: *Veritatem facientes in charitate crescemus in illo.* an putas crescere solis esse incipientibus proprium, vel ad summum etiam Proficientibus? multum falleris. commune est etiam Perfectis, unde Dominus non contentus dicere: *Qui iustus est, iustificetur adhuc.* mox adjungit: *Et sanctus sanctificetur adhuc.* Apoc. 22. v. 11. felicem te, si in corde tuo ardet hoc studium crescendi, uti debes, in quocunque statu! sed faxit DEUS, ut non opus tibi sit incipere.

3. Considera ad omnem excusationem præcindendam, postquam dixit Apostolus, *crescimus in illo*, etiam docere modum, & subungere *per omnia.*

quippe si videaris tibi certum, certum jam habere defixum in Christo, saltem in omnem partem ducendum oportet ad faciendum proprium, quam potes plurima. Mens tamen gerere debet, ut semper magna de cogitet: lingua tua, ut de ipso loquatur, manus, ut pro ipso operentur, ita de ceteris. quia sicut in corpore universale oportet esse omnium partium incrementum, quamvis proportionem debitam, ita in Spiritu. *Cresce in illo per omnia.* ò si nōlles, quamvis rar sic cresceret! In corpore habetis quidam habetur terminus, ultra quem crescere non cogites, nihil faceret, at in Spiritu status iste locum non habet: imò in hoc quamprimum quaeris crescere, deficis: *non progredi retrogredi est.* & ratio est, quia crescere non quaeris amplius, manifestum est signum, quod reputaveris satis crevisse, & hoc ipsum est defectus, ita vides Pharisæo accidisse, qui contempsit se attigisse talem perfectionis magnitudinem, ut non solum non retrogredi, sed superaret reliquum vulgum minimum: *Non sum sicut ceteri homines, subito minorem se vidit illo ipso Pharisæo, quo se hic audax tanto imporem esse credebat.* si tu deflexeris respicere bona, quæ fecisti, & non ad ea reflecteres oculos, quæ tibi sunt, ò quantum terneretis tantam necessitatem crescendi! tu vero contentus jam satis crevisse, quia breviter metiris. Te tibi ipsi compara, ut præsentem statum tibi, qualis eras in præterito. imò cum iis sanctis te compare, qui tantò amplius præcesserunt

pro DEO; & videbis, quantum tibi
 est, ut illorum æques magnitudine,
 sed aliqua similitudine exprimas. Tu
 quoque gloriosum Divum Carolum
 imitare, qui sepe numero intra se se
 collectas studiosè perpendit, quid in
 magis DEI obsequium & amorem pro
 statum sui dignitate posset efficere, ut
 nec cresceret *per omnia*, & quando
 eam putas te aliud agere non posse
 nec *per omnia*, crescere non posse ma-
 gis, cresce *in illo*, ita ut ma-
 gis magisque semper cor tuum figas in
 Christo, *Gloria mea semper innova-
 tur*. Job. 29. v. 20. nec terrearis,
 nisi hac ratione te ad nimis excelsa
 teum evhere: quia audis tibi equi-
 dem crescendum, sed *in illo, qui est ca-
 put, Christus*. Agnosce pro eo, qui
 est, & ab illo pete vigorem.

4. Considera, ex quo signo possis
 advertere, in quo statu verseris è tribus
 hic memoratis, ut intelligas, quomodo
 oporteat crescere, an in illo Incipien-
 tium, an in altero Proficientium, an
 in tertio perfectorum. Id advertere
 poteris examinando te ipsum, & dispi-
 cendo, in quo majus adhibendum sit
 studium. Si necesse est in eo labora-
 re, ut adhuc te serves à vitijs, es in
 statu Incipientium. Si non tantopere
 jam laborandum pro vitijs extirpan-
 dis, quam aquirendis virtutibus, es in
 statu Proficientium. & si non tantum
 esse debet studium pro virtutibus,
 quantum pro arcta unione cum DEO
 tuo, dici potes ejus favore pervenisse
 ad statum Perfectorum. Ne putes
 hinc, Proficientes non habere neces-
 sariam se custodiendi à vitijs, nec In-

ipientes obligationem attendendi
 virtutibus: imò utrumque etiam Per-
 fectis commune est, sicut Incipienti-
 bus & Proficientibus, ut procurent a-
 liquando unionem cum DEO. Sed
 hoc non est suum ipsorum studium.
 Hinc ergo colligitur conditio status, in
 quo versatur homo, si dispiciat, quid
 sit illud, de quo necesse sit quotidie
 magis vivere sollicitum. Verum est
 sæpe contingere, ut quis aspiret ad
 eum statum, qui est proprius perfe-
 ctorum, quia prius duos reliquos bene
 pertransiverit. Sed hoc obtineri
 non potest. Exemplum cape ab eo,
 quod corpori accidit, postquam in lu-
 cem est editum. Primò nutritur dun-
 taxat, ne moriatur, deinde nutritu cor-
 roboratur, denique ita corroboratum
 perficitur. Idem omnino circa Spiri-
 tum fieri necesse est. An istud ita vis
 perfici, ut in DEO solo constituat om-
 ne bonum suum, in hoc solo quiescat,
 si prius corroboratus non sit virtutum
 exercitio? & corroborati exercitio
 virtutum, si prius nutritus non fuerit
 primis illis alimentis, quæ eum à
 morte præservant? Corpus nunquam
 potest crescere per saltum, ut dicimus:
 hoc ipsum in Spiritu contingit. *Ibunt
 de virtute in virtutem*. Ps. 63. v. 8. di-
 citur *Ibunt*, non dicitur *Transient*, un-
 de & Apostolus dicit hoc loco: *Veri-
 tatem autem facientes in charitate, cre-
 scamus in illo*. Fac imprimis, quid-
 quid oportet in quocunque genere,
fac veritatem: & fac præterea sicut o-
 portet, hoc est, *in charitate*; & sic fa-
 cile procedes ad crescendum etiam *in
 illo, qui est caput, & Christus*.

Introibunt in inferiora terra : tradentur in manus gladij, sicut vulpium erunt. Pl. 62. v. 11.

1. **C**onsidera, id, quod tam iniquè prævaricari facit tot homines, esse tres affectus millies jam memoratos, sed hæcenus nunquam satis execratos, amorem gloriæ, amorem voluptatis, & amorem lucri temporalis. Jam ergo ne affectus isti sursum germinent, qui adeo in corde tuo dentantur, assuesce crebro illos refecare in herba, cum radicitus extirpari planè non possint. In hunc finem expendes verba Psalmi hic recensita; nam ex his facile cognoscet, quem tandem exitum habituri sint miseri, qui ab his affectibus plus æquo occupari se sinunt. Erant illi nimis avidi gloriæ, & ideo dicitur: *Introibunt in inferiora terra.* Erant nimis cupidi voluptatis: & ideo dicitur: *Tradentur in manus gladij.* Erant insuper nimium addicti lucris temporalibus: & ideo denique dicitur: *Partes vulpium erunt.* Roga Dominum, ut lumen tibi largiarur etiam enucleatius cognoscendi, qualia sint hæc tria, quæ diximus, genera suppliciorum, quibus subijcientur damnati, quò ab illis longius abesse possis.

2. Considera primo loco, quod ait de damnatis: *Introibunt in inferiora terra*, hoc est, in infimum terræ centrum, ubi par est credere infernum esse positum, ut ex omni parte à cælo Em-

pyreo æquali distet intervallo. *Omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam.* Ezech. 31. v. 14. Præterea si aliam penam non sustinerent, nisi quàm quod æternum clauderentur Baratro tam profundo, & contumaciter tam putido, terro, tenebris, quàm gravis hæc foret! Capere etiam in hoc mundo ad vitæ terminum usque protensa pœna censetur comparanda morti: quamvis aliquando pro loco carceris domus concubitus commoda, vel idoneum cubile. Quod erit ergo versari in ergastulo horum infimo, quod cogitatione fingi possit, quippe si Infernus situs est in ipso centro terræ, necesse est esse manuum cloacam totius generis humani, quæ proinde confluant omnes sæcæ mundi, quæ in præsens sunt maxima. Et sine comparatione majores erunt diei Judicij. tunc enim in purgatione, quæ fiet generali omnium delinquentium, cum ita clarificabuntur, ut superficies Terræ fiat pellucida instar vitri, Aqua instar Crystalli, Aër instar cælestis, quidquid habent extrinsecus, hoc est, lutulentum, sordidum, denigratum, fumosi, & in damnatos quibus ore effuso depluet ad cumulum tormentum. S. Th. in 3. p. q. 94. 1. 1.

97. 1. Hinc est, quod in sacris
scriptis, Infernus toties appelleretur no-
mine Lacus. *Detraheris in profun-
dum lacu. Il. 14. v. 19. Congregabun-
tur congregatione unius fascis in lacu. Il.
14. v. 22.* quia omnes illae sordes, quae
ibi defluunt, derivari non possunt, ut
hic inter nos solent, sed ibi haereant
occulse est. Vide ergo, num infernus
sit cloaca, quae possit habitari. & in
hoc cloaca tam facultata foetida quo
habendum erit damnatis per cuncta
secula, quasi in ergastulo non in fun-
do rupis pro securitate excavato, sed
in abyssis, unde cum dictum esset:
*Congregabuntur congregatione unius
fascis in lacu: mox adjungitur: &
tradentur ibi in carcere. Il. 16.* o te
miserum, si unquam ducaris ad carcerem
tam sanctum! est tamen aliquid,
quod tunc afferte solatium tibi possit,
tempus quod iste sit carcer, ad quem
nemo unquam vi adductus est. Quis-
quis eo vadit, ideo vadit, quia vult.
unde, si observes, dicitur de Reprobis
*Tradentur in manus gladij. Partes
multas erunt.* Sed non dicitur: *Tradi-
entur in inferiora terrae:* solum dicitur:
Introibunt. nam si aliquando in
inferno existant, quis dubitet, ut ma-
xime nolant, sensuros tamen poenas
mores, quae ipsorum similibus illic
distinunt sunt. ceterum possunt ibi
non existere, quia ab illorum pendet
iudicio, an velint introire. Sufficit
hic se custodire à peccato, aut si pec-
catis, cito agere poenitentiam, & sibi
succurrere. Quando contra tuum Prin-
cipem deliquisti, etiam facti poeniteat;

captivus ducaris. non sic DEUS facit.
tunc solum te carcere concludit, cum
contra ipsum committis crimen, nec
idecirco doles. quis igitur non videt,
si damneris, ideo te damnari, quod vel-
lis? *Ibunt hi in supplicium aeternum.*
Matt. 25. v. 46.

3. Considera secundo loco, quo-
modo Damnati *tradentur in manus
gladij.* sensus est, omnes, quot-
quot erunt, permittendos potestati Ju-
dicij Divini, quod velut gladius im-
placabilis aeternam de illis stragem e-
det. *Fugite à facie gladij, quoniam
ultor iniquitatum gladius est: & sciro-
te esse iudicium DEI.* Job 19. v. 10. quis
ergo vel ex parte explicet, qualis iste
futura sit gladius? gladius, qui per-
forabit, secabit, concidet, lacerabit,
& laniam faciet Damnatorum. *Hic
est gladius occisionis magna, qui obli-
pescere eos faciet,* admiratione scilicet
malorum, quae illi ne quidem infligi
posse credidissent, & *corde tabescere,*
prae dolore. Ezech. 21. v. 14. Erit au-
tem, quod crudelius configat, *Gladius
ex utraque parte acutus,* quia unâ fe-
riet corpus per poenam sensus, alterâ
animam per poenam Damni. Quod-
si tantò formidabilior est, quanto for-
tius est brachium ferientis; cogita,
quales futuri sint ictus gladij, ab om-
nipotente Principe vibrati. tali gladio
resistere nemo potest: unde dicitur
de Damnatis: *Tradentur in manus
gladij.* & sic ille liberrimè stragem fa-
ciet permissam juxta facultatem am-
plissimam, quam accepit à DEO. cum
dixit: *Excurre: vade ad dexteram,*
sive

sive ad sinistram, quocunque faciei tue est appetitus. Ezech. 21. v. 16. Itaque duo tantum superesse possunt media. ut vel DEUS vaginam recondat aliquando hunc gladium, vel damnati per fugam illi se subducant. at primum sperari nullo modo potest, quia eò spectant expressa verba, quae olim dicebat DEUS: *Sciat omnis caro, nempe peccatis suis deducta ad infernum, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vaginam suam irrevocabilem.* Ezech. 21. v. 5. neque magis alterum sperari potest, quia quocunque se vertant Damnati, ut profugiant ex abyssis, eodem modo ex omni parte cernunt gladium: atque ideo non credit, quisquis horum est in numero, quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspiciens undique gladium. Job. 15. v. 22. Unicum est remedium nunc fugere, quando gladius nondum ferit, sed tantum fulgurat, ut impellat ad fugam. *Hac dicit Dominus: Loquere: Gladius, Gladius: exacutus est & limatus. ut cadat victimas exacutus est, ut splendeat, limatus est.* Ezech. 21. v. 9. Et sane si nunc Dominus studio absconderet tibi gladium, posses credere, eum habere voluntatem utendi in perniciem tuam. at cum ille tuis limis perpoliat ad splendorem, quot sunt lingua suorum Ministrorum, si non tempestive salutem tuam consulas, culpa tua est. Non audis, quoties praecones facti de suggesto altera voce clamant: *Gladius: Gladius?* Quid igitur cunctaris mutare vitam, si credis?

4. Considera, quomodo tibi loquatur de Damnatis: *Partes vultus erunt.* per vulpes omnes interpretes communiter Damnatum intelligunt, qui nunc à nobis superaram nimis magnifice Leones vel Leones creduntur, & in inferno manifestabit vulpes potius fuisse, quam Leones, sed fraude nos vicerunt. *Et ipse autem Spiritus, & stetit coram Domino.* & ait: *Ego decipiam illum.* Job. 20. v. 22. Jam verò istarum vulpium utique pessimarum ex omnibus, qui versantur in Mundo, partes erant damnati. partes vulpium erant, quae praedam cedent daemonibus, quae carnificibus eò magis execranda quanto majorem dederunt occasionem illi, quod deinde plectunt. Itaque cum ipso reputa tantisper, quantum tibi foret, si videres in inferno, quae DEUS averrat, illos ipsos damnatos, qui in vita tentatores erant tantum di, nec cessabant adulari, allicere, mille artibus invitare ad vitium, tantam personam factos tibi carnificibus favos importunos, inexorabiles, & vulpes maledictae! in clamorem implacabili furore, vultus, multae istane fides promissorum, quibus tunc cum fidelissimi amici omnem satisfactionem? *Vocavi meos, & ipsi deceperunt me.* Th. 2. 9. Sed frustra tunc essent exhortationes istae: aperi nunc oculos, ne decipi te patiaris: quippe ipsi tentatores, qui nunc tui sunt praecipui, iidem, si seducti de tuis tui erunt praecipui à DEO detestati.

torores, cum Dominus probe sciat, quis deceptor extiterit, & quis decipiens. *Iste novit & decipientem, & novum, qui decipitur.* Job 12. v. 16. & hoc etiam ob hanc causam dicitur de Demoniis: *Partes vulpium erunt.* quia demones inter se partientur sœcem illam hominum, sicut prædones partium denique, quos in captivitatem abstraxerunt. & ô quod tunc erit Festum Tartareum! *Latabuntur, sicut exultant victores captâ prædâ, quando dividunt spolia.* Il. 9. v. 2. nihil fortè idcirco erit Festum Tartareum, quia sciri hæc non potest, quale sit, lætum, an lætiosum. ex una parte videtur futurum lætum spectando odium, quo frangent demones in damnatos, quos vorpent. ex alia erit lætiosum, spectando majus odium, quo ardent contra Justitiam Divinam, cujus executores se esse agnoscunt, ut tantò gloriose existat. Erit ergo festum rabie & furoris plenum, qui denique magno impetu se in damnatos effunder, eosque imprimis, quos in terra charissimos habuerunt. I nunc, & eorum præsentia amicitiam, si tantum emolumentum afferat.

1. Considera, quomodo in verbis meditationi propositis advertere sit mixta illa simul juncta, quæ conveniunt ad reddendum infernum ad eò nobis formidabilem: *Profunditatem loci: Intrabunt in inferiora terra: Acerbitatem pœnarum: Tradentur in manus gladii; & societatem demoniorum: Parte vulpium erunt.* Tria hæc mala absque dubio cunctis erunt com-

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

munia damnatis, nihilominus horum quemlibet cruciabunt modo quodam proprio, & respondente delictis. Debet ergo tanquam indubitatum poni cum damnatis ad infernum descensuros affectus illos inordinatos, quos habebant in terrâ. *Descenderunt ad infernum cum armis suis.* Ezech. 32. v. 27. Quo posito qualem pœnam credimus futuram ijs, qui in vita semper aspirabant ad primos gradus, ad sublimitia, ad imperia, si videant se detrusos in abyssos tam profundas? *in inferiora terra.* Tunc enim verò non poterunt emergere miseri, quando DEUS illis dicit, ut quondam Lucifero: *Detrahta est ad inferos superbia tua.* Isa. 14. v. 11. Et his, qui tantopere amarunt voluptates suas, qualis pœna erit cernere se condemnatos ad carnificinam adeò crudelem corporis & animi, quam faciet Justitia Divina, cum tradentur in manus gladii. hic gladius significatione suâ cõplectitur omne genus supplicij, quod juxta legem voluntatis Divinæ promptè exequetur. Unde cum homines manibus teneant gladium, quo utuntur: DEUS dicitur ore illum præferre. *De ore ejus gladius exibat.* Ap. 1. v. 16. *De ore ejus procedit gladius.* Apoc. 19. v. 15. *Pugnabo cum illis in gladio oris mei.* Apoc. 2. v. 16. magno quippe labore est opus hominibus, si strenuè tractare velint gladium suum. DEO verbum est satis. Quid erit ergo semper hoc gladio configi? Denique qualis pœna erit ijs, qui in terra vulpes agebant sugentes quotidie sanguinè pauperum,

H h h

perum,

perum, & mille fraudibus, mille fallacijs eos circumvenientes, si viderint se demum in prædam cecidisse dæmonibus, quasi vulpibus, sed longè, quàm fuerint ipsi, peioribus? *Va, qui prædavis, nonne & ipse prædaberis?* II. 33. v. 1. Demum ex dictis hætenus colligere licet, quàm verè dicatur juxta qualitatem delicti fore etiam pœnarum modum: *Visitabo super vos jux-*

ta fructum studiorum vestrorum. II. 21. v. 14. ut tantò magis agnoscat Justitia Divina non leventur tantò sed & scientia. *Domini exercitus nomen tibi: magnus confusio, & inprehensibilis cogitatu: caput non aperti sunt super omnes vias fluminum.* *Adam, ut reddat unicuique semen dùm vivit suus.* Jer. 32. v. 19.

XXVIII.

S. Augustinus.

Ignis Domini in Sion, & caminus ejus in Jerusalem. II. 31. 1.

Considera ignem istum, de quo sermo est, esse Amorem Divinum, qui equidem invenitur in Sione nostrâ, quæ est Ecclesia militans, hic tamen non habet caminum suum. Caminus ejus, Caminus planè ardentissimus fursum est, in superna Jerusalem, in Ecclesia triumphante: quia ibi verè amatur DEUS: nos hic gloriari vix possumus, quòd amemus. Nilominus ex his verbis Propheticeis innotescit, ignem nostrum specie suâ non esse diversum ab illo Paradisi: aliàs, uti S. Thomas observavit, dici non posset ignis illius camini. *Ignis Domini in Sion, & caminus ejus in Jerusalem.* At si specie non est diversus, perfectione tamen longè inferior est, tanquam ignis, qui est extra caminum suum, seu locum proprium. Proin-

de, qui amorem suum erga DEUM lem esse cupit, qualem esse oportet quid ager? Curabit, ut, quomodo potest, conformis sit amori Beatorum. Ita S. Augustinus fecit. ideo bene perfectus extitit ejus amor! Quæ sunt dotes, quibus, si rite perceptis, Amor, quo beati feruntur in DEUM vincit nostrum, & sunt illæ, quibus purus, cognoscibilis, grandis, mansuetudo, & nulli obnoxius mansuetudo. Itaque quisquis in his illum imitatur, ipse quoque habebit ignem suum non equalem, saltem æmulum illi, qui est in Camino, de quo dicitur qualem habuit S. Augustinus. *Ignis Domini, ut, si satis assequi non possit, ejus speciem & experimentum dicitur vellet ex alto. ita sola experientia dicitur*

plebit defectum discursus. De excel-
sitate ignem in ossibus meis, & erudi-
tione me. Thr. 1. v. 13.

2. Considera primam dorem Ignis
Caelestis, quod sit purus quoad mate-
riam, quia haec aliud non est praeter
DEUM solum. Beati amant DEUM,
et nos amamus. at Beati aliud non a-
mant, quam DEUM, & nos cum DEO
etiam amamus nos ipsos, si non supra
DEUM, saltem simul cum DEO. qua
ratione ignis noster redditur minus
nobilis, uti esset ignis de cinnamomo
de arborum ramis suscitatus. qualis
est materia, de qua fit ignis, talis etiam
est ardor: secundum ligna Sylvae &
ignis accenditur. Eccl. 28. v. 12. Ideo
ignis Paradisi nequit esse nobilior,
quam nunc sit, quia sicut Beati non amant
aliud, quam DEUM, beneplacitum
DEI, gloriam DEI, ita extra DEUM
ne quidem se ipsos amant, bene autem
in se ipsis DEUM amant. quippe Di-
vini Amor in ipsis destruit omnem a-
lium amorem, adeo potens est. Ig-
nis consumens est. Deut. 4. Ecce igitur
purificandus sit Amor, quem
habes ad DEUM: ipsum solum a-
mando, ita ut extra ipsum directe non
aves te ullam creatam, ipsam autem
aves in omnibus. Recte facit, qui
res creatas amat in DEO, quia hoc est
amare fructus in planta sua: at melius
facit, qui in iisdem non amat nisi
DEUM, quia hoc est amare plantam
in omni fructu suo. Qui sic agit, pu-
ram habet ignem, quia nutrit illum
impudissimam, quae inveniri possit, ma-
teria, qualis DEUS est, sed DEUS so-

lus. Et sic imprimis S. Augustinus
fecit, qui, postquam serio se impendit
Amori Divino, aliud amare nesciebat
in rebus omnibus creatis nisi eum, qui
illas condidit. *Injuste amatur* (ita
dicere solebat) *injuste amatur deserto*
illa, quidquid ab illo est. Conf. l. 4.
c. 12.

3. Considera secundam dorem Ig-
nis Caelestis, quod sit maxime cogno-
scibilis quoad formam. Quia qui il-
lic supernè DEUM amat, scit se ama-
re, & se amare omnibus demonstrat.
qua causa est, cur non solum Beato-
rum corda ab Ezechiele dicantur si-
militer carbonibus accensis, sed & vul-
tus. *Aspectus eorum quasi carbonum*
ignis ardentium. Ezech. 1. v. 13. E
contrario noster ignis non solum eos
laet, qui nos vident, sed nos ipsos, qui
tamen continuo in sinu illum circum-
ferimus, dum DEUM amamus, at eo-
dem tempore certi non sumus nos a-
mare, tantus est cinis, quo tegitur hic
ignis, vel potius opprimitur. Verum
etiam ignis noster non sit cognoscibilis
in se ipso, ut ille, cujus Caminus est
in Jerusalem, satis tamen se prodit in
effectibus suis. hinc est, quod progres-
su temporis etiam in terra discerni pos-
sit, qui sint illi Iusti, qui serio DEUM
amant. Hem igitur, quid agere oportet,
ut ignis tuus, quantum potest,
reddatur similis etiam quoad claritu-
dinem Igni Beatorum, non oportet il-
lum studio celare intra cor tuum, qua-
si erubescas videri inter consortes ex-
his unus, qui DEI amorem profiten-
tur. Imò si manifestare non potes,
quod

Hhh h 2

quod ames, manifesta, quod profitearis amorem, superando tot respectus humanos, qui ab eo te retrahunt. S. Augustinus vix cor suum DEO tradidit, cum ad eos eradicandos in apertam pugnam se coniecit contra omnes ejus inimicos, contra Manichæos, contra Pelagianos, Priscillianistas, Arianos, & innumeros alios: nequetulit ignem suum ditione sua Hipponensi, quasi modico terræ angulo concludi, sed flammam totâ Africâ emisit.

4. Considera tertiam dotem Ignis Cœlestis, quod sit quantitate maximus: cum noster adeo sit modicus, ut illi comparatus videatur quasi parva scintilla Æternæ composita. Nec mirum: quia Amor DEI cognitioni respondet. Hic non nisi *ex parte DEVM cognoscimus*: & ideo solum quoque in parte amamus. Illic in Cœlo cum plene cognoscemus, atque ad eum amabimus. *Cum venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est.* 1. Cor. 13. Tu verò quid ages, ut in terra DEUM tuum ames, quanto potes amore? Cura etiam, quantum potes, cognoscere, uti S. Augustinus fecit. Sape cogita sublimitatem Atributorum Divinorum, ea contemplare, considera, lege, roga Dominum, ut dignetur etiam tuis apparere oculis, uti fieri frequenter solet his, qui fideliter illi serviunt. At si nullum adhibeas studium eum cognoscendi, quid mirum adeo parum te amare? *In meditatione meâ exardescit ignis.* Pl. 38. v. 4. Hæc fortè potissima fuit ratio, quare S. Augustinus

DEUM amaverit voluntate magis, quam tot Sancti, qui & ipsi DEUM sed amore non pari, & semper satagebat magis cum magis cognoscere.

5. Considera quartam dotem Ignis Cœlestis, quod sit inextinguibilis quoad ardorem: quia scilicet ignis est in camino suo. non sic noster, qui identidem extinguitur, & quidem duplici ex capite, sive quia aurâ interficitur, sive quia aquis suffocatur. *Haec sunt auxilia spiritualia, quibus per intervalla nobis opus est ad eum mandandum.* Aquæ sunt concupiscentiæ carnis, quæ semper tendunt ad extinguendum tanquam habent suum maximum, quem habere possunt in hac terra: & utinam non saepe prævaleant! At in cœlo duo huiusmodi locum non habent: & ideo illic extinguimus ignem istum æternum æstusurum. Locum non habent mutationes, quia caro non tantum est subiecta Spiritui, sed & conformis: & locum habet necessitas auxiliarii ritualium, quia, cum ignis ibi in terra sua existat, nullis opus habet auxiliariis, quibus servetur, ut in terra contingit. Tu, qui probe nôsti, quod facile ignis tuus extinguitur, quod aliud, quam ut procures quodammodo impendio illum in vigore suo conservare? Ita similis erit igni Beatorum in cœlo, quia erit æternus: qualis tibi dici potest ille S. Augustini, qui ad mel in ejus corde ardere cepit, & semper servavit vivum, cum huiusmodi repriamendi cupiditates carnis, &

illi prius dominabantur, tum auxiliis
spiritualibus maximis, quibus deinde
ignis est usus. *Ignis in altari semper
ardet. Lev. 6. v. 10.*

6. Considera quintam dotem Ignis
Caelstis, quod non sit inextinguibilis
destruat quoad ardorem, sed con-
stanti, stabilis, firmus, nec, ut noster, cre-
dendi & deficienti vicibus obnoxius:
nam uti ignis est in sphaera sua, ita quie-
scitissimus est. Noster est inquietus,
quia ad sphaeram anhelat, & ita semper
in motu existit, & quo se movet, &
quo movetur. Hic Amor Divinus
debet habere rationem meriti non
premi, & consequenter necesse est
eum moveri semper ad operandum,
nec unquam quiescere: *Ignis, dum
in his ignis versatur, nunquam dicit, suf-
ficit, Prov. 30. v. 16.* In caelo contra
habere rationem premi, non meriti, &
sibi non operatur, sed ab operando
quiescit, & solum frui curat bono a-
moro. Præterea hic multos habet,
qui facile illum statu suo dimoveant,
sicut movent in caelo nemo est, qui
illam disturbet. Tu, cum super ter-
ram talem Amorem promittere tibi
non possis, nec debeas, saltem cura,
(sicut denique S. Augustinus fecit) ut
alium motum non habeat, quam igni
consentaneum, qui est sursum tendere,
per aspirationes continuas.

7. Considera hunc Camino, qui est
in Jerusalem, opponi caminum alium,
quod est in Babylone, ubi tres pueri, qui
Iudeos omnes representabant, perstite-
runt illæli, Chaldæi verò, qui erant ty-
pici impiorum, quasi paleæ sunt con-

sumpti. Hic caminus est Amoris pro-
prietatis, amoris oppositi Divino:
atque hinc ignem sibi sumunt
miseri, licet diversum pro va-
rietate falorum bonorum, quæ illi
magis quam DEUM amant. Quod si
ergo omnes istos ignes consideres, ad
tria genera denique reduci comperies,
de fimo, de sarmentis, de lignis aridis.
Primus luxuriosis convenit, secundus
ambitiosis, tertius avaris. Luxuriosi
præ DEO amant brutas suas fœditates,
& ideo istorum ignis est ignis de fimo:
ignis qui tantum inquinat habentem,
quantum calefacit, & qui omni desti-
tutus splendore ad aliud non servit,
quàm ut fœtore suo omnes inficiat ap-
propinquantes. Ambitiosi præ Deo
amant vanam suam gloriam, & ideo i-
storum ignis est ignis de Sarmentis: I-
gnis qui multum fulget, sed parum
durat. *Transivi, & ecce non erat.* A-
vari præ DEO amant pecuniam, quam
in arario repositam habent: ideo i-
storum ignis dici potest Ignis de lignis
aridis. ignis, qui durat tantisper, sed
nihil valet. Putasne ergo Caminum
Babyloniæ esse præferendum Camino
Jerosolymæ? heu me! ab illo Baby-
loniæ non potest non transiri ad alte-
rum Inferni, ubi quisquis ardet, igne
ardet non amoris sed furoris: furoris
contra DEUM, furoris contra dæmo-
nes, furoris contra damnatos, furoris
contra se ipsum, & in hunc furorem
denique desinit Amor proprius, qui
in hoc mundo DEUM amaverit plus-
quam se, non mutabit totâ æternitate
amorem (quia ignis ejus idem plane
est

Hhh h ;

est

est cum illo, qui est de Camino Jerosolymæ sed solum perficiet, ita, ut nihil habeat pœnale, sed beatus existat. Qui se plus quàm DEUM amat, murabit

amorem in furorem eâ ratione, ut
ries sit execraturus forem suam,
quoties se natum esse re-
cordabitur.

XXIX.

Decollatio S. Joannis.

Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris, Jer. 15, v. 19.

1. **C**onsidera primum sensum horû verborum, nempe si separaveris in te, ut oportet, pretiosum à vili, attribuendo DEO, quod habes ab ipso, id, quod non nisi pretiosum est, & attribuendo tibi, quod habes à te, quod non nisi vile est, te futurum quasi os ipsius DEI, quia ita semper verum dices: *si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Quid est, quod dicatur *omnis homo mendax*? quia non facit separationem aliàs ad eò consentaneam rationi. sibi tribuit, quod suum non est: *Os eorum locutum est superbiam.* Ps. 14, v. 4. Dic, quid habes pretiosi per te ipsum? nobilitatem? ingenium? indolem? opes? scientiam? sanitatem? pulchritudinem? omnia à DEO sunt. à te nihil habes. & sicut DEI sunt omnia naturæ dona, ita longè magis omnia dona Gratiæ, quæ ideo dicuntur dona. A te nihil habes nisi solum peccatum, tu verò non bene percipis hanc veritatem, idcirco toties mentiris, hoc est, vanè gloriaris. fac separationem tribuendo semper Deo, quod ad ipsum pertinet. hoc fuit idi-

oma Sanctorum. *In manus percussit illum Dominus DEVS meâ se.* hic fuit loquendi modus, semper usa est fortis Judith; videndum esset occisum à se impio Holofernem: quia videbat, quomodo DEO faceret injuriã, si de successu præclari facinoris vel modicum attribuisset. Tu verò profertur oppositum. tibi tribuis, quidquid boni: DEO verò quid servas? nonnunquam ejus mali, quod tibi quia si pecces, pro eo, ut adscribas litiæ voluntatis tuæ, adscribis malignitati naturæ, quam DEUS adscribis fragilitati tuæ, formidulosi difficultati legis Evangelicæ, quæ omnino facta videtur ad reddendam difficilem gloriam Paradisi. *Excitabis me hodie à facie terra.* Gen. 22, sic age. dic, sed ex corde, si quis in te boni est, non te esse, qui hoc sed DEUM: te verò nihil ex te nisi malum. & hac ratione cum facis separationem convenientem, quasi os DEI; quia semper verum

dicere inrefragabilis, omne bonū à DEO
est, omne malum tuum. *si separaveris
pretiosum à vili, quasi os meum eris.*

2. Considera secundum sensum ho-
minum verborum, si sapienter astimatione
separaveris super terram id, quod me-
retur aestimari ab eo, quod meretur
contemni, te futurum quasi os DEI,
quia semper uteris lingua Dei, quæ est
recta: *Recti sunt sermones mei.* Nun-
quam uteris lingua hominum, quæ est
ædemodum distorta. quamnam est lin-
gua hominum? dicere felicem, qui
magnis opibus abundat, qui domina-
tur, qui arbitrio suo disponit, qui deli-
citur. *Beatum dixerunt popu-
lum, cui hoc sunt.* & quamnam lingua
DEI? dicere felicem, qui in isto voto-
rum summam constituit. *Beatus popu-
lus, cuius Dominus DEVS ejus.* An ista
tame lingua tua est? ò quam facilè con-
tingit illam conformari hominum lo-
quæ, quæ est adeò humilis & abjecta!
*Humiliaberis, de terra loqueris, de hu-
mano audietur eloquium tuum.* Isa. 24. v. 9.
Oportet ut in mente tuâ nôris facere
debetam separationem. pretiosi à vili.
Bonum pretiosum non invenitur in
terranisi unum solum. & tale est Gra-
tia Divina. cetera in se ipsis nullius
sunt pretii. qui his abundat, *est quasi
auro, cum nihil habeat.* Prov. 13. v. 7.
Siquid habent pretii, in eo solo consistit
quod possunt contemni pro Gratia a-
quirenda. Quid est ergo, quod tam
egre veritatem capias adeò certam,
nec verearis toties accipere aurum pro
luto, lutum pro auro? quàm scæda est

lingua illius, qui tantopere celebrat
bona hujus, Mundi, eorumque posses-
sorem miratur, laudat sectatorem: &
nihil facit, qui thesaurum tam opu-
lentum laceris tegit contonibus! & ta-
men cum ille dives appareat, est pau-
perimus, & cum iste appareat pauper,
ditissimus est. *Est quasi dives, cum
nihil habeat, & est quasi pauper, cum in
multis divitiis sit.* Prov. 13. 7. fac sepa-
rationem, quæ momenti est maximi. si
eam mente feceris, illico facies etiam
linguâ: & sic fies quasi os DEI, qui lo-
quitur de rebus, ut sunt, & non ut ap-
parent. *Si separaveris pretiosum à
vili, quasi os meum eris.*

3. Considera tertium sensum ho-
rum verborum, si curæ tibi fuerit, ut
animas eruas è peccato, ita separando
pretiosum à vili, facies quasi os DEI,
quia DEUS per os tuum loquetur, & te
quasi instrumento utetur, in iis revo-
candis, qui ipsi verterunt dorsum. Hoc
munere fungitur, quisquis studet ho-
mines retrahere à malo, fungitur nimi-
rum legatione pro DEO. & ideo quàm
acceptum esse DEO oportet, si fideliter
hoc præstet. Hoc munere functus
est Christus in terra. Patri suo os fuit:
*Quæ ego loquor, sicut dixit mihi Pater,
sic loquor.* Jo. 12. v. 50. & hoc ipso dein
sunt functi Apostoli cum omnibus eo-
rum legitimis imitatoribus. fuerunt
os Christi: *Pro Christo legatione fun-
gimur, tanquam DEO exhortante per
nos.* 2. Cor. 5. v. 20. quamvis non hæc
sola sit ratio, quare dicat, qui tali fun-
gitur officio, quasi os suum futurum.
est

est & alia præstantior, videlicet, quia, qui tali fungitur officio, imitabitur loquendo summam potentiam, quæ est propria oris Divini. ora aliorum vim habent loquendi, sed non faciendi. os DEI dicit, & facit. *Ipse dixit, & facta sunt.* an non vides, quomodo DEUS vi solius verbi sui de nihilo produxerit res omnes creatas: jam verò de uno tantum opere dubitari potest, siue majus an minus creatione mundi, quodnam illud? *Justificatio impii.* S. Augustinus ait esse majus non ob modum, qui in operando servatur, sed propter excellentiam operis: siquidem creatio mundi erat ordinata ad bonum naturale, & Justificatio ad bonum superius naturâ. si ergo separaveris pretiosum à vili educendo animas de culpa, in qua non minus sepulta jacent, quam olim universum ante creationem suam erat in suo nihilo sepultum, os tuum par fiet ori omnipotenti ipsius DEL nam si istud prævaluit in modo operandi, quem habebat, res è nihilo educendo, quin ista quidquam operæ conferrent, tum prævalebit excellentiâ operis. Id quod, eodem sancto teste, innuere Christus voluit, cum dixit: *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Jo. 14. v. 12. & tu non inflamma-

ris intimo quodam desiderio, ut quoque possis pro condicione tua separare pulchram aliquam margaritam à limo, hoc est, animam à peccato an majus incitamentum dase cibum? US possit, quam cum dicit: *Se paraveris pretiosum à vili, quæ non eris?* Tuum nunc est, si placet, dicere, quam merito verba ista appropinquavit Magno Præcursori Joanni hodie collato: qui probè separavit pretiosum à vili tribus modis supra mentis: dum de Christo semper contempnificè, de se tam demissè locutus, dum fastum omnem terrenum superbe contempnit non in sylvis & speluncis, sed in ipsis Regibus, omnibus prædicabat Regnum Cælorum, ut unicè æstimabile: dum de toto vitæ suæ tempore aliud non quam ut ad penitentiam perduceret incredulos, vel obstinatos, atque hoc bene dici potest fuisse in tempore os imò vox Christi. *Ego vixi, quod hodie demum obmutui, alia carnis fuit, nisi quod nimis altum elatum verit, luxuriosos educunt è luto, in quo hærebant.*

* * *



XXX.

Jesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes. Hebr. 13, v. 13.

Considera, quomodo Christus Dominus noster non sit mortuus in civitate Jerusalem, sed extra, in foro publico reorum supplicii destinato. *Jesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* quod quidem tribus ex causis dispositum. Primo pro majore horrore illorum, qui emolumentum carceris erant ex morte sua: sic quippe videbatur se non mori utilitati illorum privatæ, qui habitabant in illo quantumvis amplo murorum ambitu, sed publicæ totius generis humani; unde in antiqua lege præcipiebatur, ut víctima, cujus sanguis offerebatur ad æternam populi expiationem, non comburentur inter castra (uti quotidie cum in sacris consueverat, quorum sanguis offerebatur ad aniam vel alterius singulorum sumpti expiationem) sed extra castra. Lev. 16. II. ad majorem terrorem illorum, quibus mors illa non erat profutura, quia non est dubium, Judicium, quod publicè exercetur, maximè si illud aliunde factis fuerit rigidum, multo majorem incutere terrorem, quàm privatam. quis autem majore vigor judicii, quàm quo non vulgaris conditionis homo, non civis, non consul, non Rex terrenus, sed ipse

cæli Rector, quod cogitatu horrendum est, nudus trabalibus clavis patibulo confixus est; ob peccata, quibus maculatus nunquam fuit, sed solum apparuit. Hoc fuit tam ferale judicium, ut, si etiam executioni datum esset non dico in foro publico Jerosolymæ, sed in turri bene custoditâ, clausâque, meritò vel solâ famâ, etsi visum non esset, mundum debuisset reddere attonitum. Quid ergo faciat, dum non solum executioni datum est in foro publico, sed in monte, quò parebat accessus immenso populo, qui maris instar ad spectaculum undique confluebat? quid hinc reus quilibet concludat, nisi dirum supplicium de se sumendum ab Ira Divina? *si hec in viridi, in arido quid fiet?* III. Ad majorem confusionem ipsius Christi, qui hac ratione non solum pasci voluit, sed saturari approbrius. fortè non erat satis profusum mori inter muros Metropolis tam famosæ, qualis erat Jerusalem, tam populosa, tam frequentis, præsertim tempore Paschali; Erat sanè, sed Christo non erat satis. & ideo sicut in natiuitate Bethlehem anteposuit Jerosolymam, & in morte Jerosolymam præ Bethlehem elegit, ita inter partes ad Jerosolymam spectantes sibi peculiariter

improperium ejus portantes, sed adjun-
 gere ad eum. nam in hoc vis tota sola-
 re. Imaginare tibi, videri à te Domi-
 num exirentem portà Jerosolyma eum
 tuo opprobrio, quod modo repræsen-
 tavimus, tu quid ages, ut respondeas
 charitati? forte expectabis, dum
 exiret ex illis tuis castris, quibus in-
 duceris, quasi pòderet nominis, quod
 innotuit tibi fuit, Christiani? in d-
 obone tuâ obviâ progredi oportet
 caritate (summa, lætitiâ maxima, in-
 super habita derisione qualibet. Quan-
 tum Apostolus aliud dicere noluit
 quàm ad eum, ne sensum restringeret.
 Vide tamè ad eum, torum dicit: ad eum
 sequendum, ad eum sociandum, ad eum
 predicandum, ad eum confitendum, ad
 eum colendum, ad eum omnibus modis
 glorificandum. Dicit ad eum sequen-
 dum, prout faciunt, qui relicto seculo
 perfectam ejus sequelam profitentur
 per observantiam trium Consiliorum
 evangelicorum. Relictis omnibus se-
 culis sunt eum. Dicit ad eum sociandum,
 prout faciunt, qui in tali sequela eum
 propriis sectantur abnegando omnes
 illas cupiditates parvas æquæ ac ma-
 gis, paratissimi ad moriendum in
 cruce cum ipso. Eamus & nos & mo-
 riamur cum eo. Dicit ad eum predicân-
 dum, prout faciunt, qui portant
 nomen ejus ad illos, qui id vel
 non cognoscunt, vel non curant,
 nec erubescunt ubique prædicare
 IESUM, & hunc Crucifixum.
 Judæi signa petunt, & Græci sapientiam
 querunt. Nos autem prædicamus Chri-
 stum Crucifixum, Judæis quidem scan-

dalum, Gentibus autem stultitiam. 2.
 Cor. 1. v. 21. Dicit ad eum confitendum,
 prout faciunt, qui hoc nomen JESU
 Crucifixi non solum sustinent in cathedris,
 sed etiam in tribunalibus, in carceribus,
 in patibulis, in crudelissimis tormentis.
 In defensionem Evangelii positus sum. Philipp. 1. v. 16. Dicit ad
 eum colendum, prout faciunt, qui de fi-
 delibus saltem honorant, prout exigit
 verus honor, dum singulari cum reve-
 rentiâ versantur in templis, sanctissima
 Sacramenta crebrò recipiunt, orant,
 psallunt, sacrificant, & ut æquum est,
 luminam habent Divini cultûs æsti-
 mationem. Dicit ad eum denique glo-
 rificandum omni modo possibili, prout
 faciunt, qui nunquam ejus procurandâ
 gloriâ satiari possunt, etsi maxime
 studeant eam promovere in se ipsis,
 propagare in aliis, sive per vitam, sive
 per mortem, aliud non spectantes,
 quàm quod magis cedat in honorem
 Christi. In nullo confundar, sed in o-
 mni fiducia, sicut semper. Et nunc magni-
 ficabitur Christus in corpore meo, sive per
 vitam, sive per mortem. Phil. 1. v. 20.
 Jam verò certissimum est, in cunctis
 his casibus, quibus itur ad eum, eun-
 dum esse animo ad omnem contemp-
 tum preparato; secus fit nihil. ideo
 dicit Apostolus. Exeamus ad eum,
 at semper improperium ejus portantes,
 quia si exire velis ad eum sequendum,
 portandus erit improperium, quod
 accipies à proximis agnatis, qui te stul-
 tum dicent, si mundum deseras, dum
 amore hominum & arate flores, cum
 notabili familiaritâ tuâ detrimento. si
 velis

velis exire *ad eum sociandum*, portandum erit improprium, quod à conviventibus accidet, qui tibi dicent te plus aliis conari, cum minus valeas. si velis exire *ad eum predicandum*, portandum tibi erit improprium ab his, qui deridebunt tuum modum concionandi, ut minus elegantem, acutum, altum, aptum docere, teque deferent, ad audiendos alios, qui auribus potius quam cordi loquantur. si velis exire *ad eum consistendum*, portandum tibi erit improprium ab iis, qui te ridebunt, quod ineditis adire Indias cum censu virtutis tam exiguo, nec verearis tantum enavigare pelagus ad quaerendas lanceas Taicosamæ, dum luffere nequis ictum muscæ te pungentis in cella. si velis exire *ad eum colendum*, portandum tibi erit improprium ab iis, qui si advertant te in templo adesse solito devotiorum, confiteri, sacram synaxin fumere, alios Religionis actus

exercere, dicent te hac arte perfructuositatem captare gloriam, quam contemni qui non possis per doctores naturæ. si velis exire *ad eum glorificandum* quoad patres in omnibus, nusquam magis operari necesse est. nam portandum tibi erit omne genus improprium, cuiusmodi iis, qui modestissime loquuntur, audies te majore zelo quam probè operari. Tunc ergo JESUM exeuntem portam vilissimam Jerosolymitam specioso ornatum habere contempnatis, & dic tibi ipsi. JESUS ut ipse justificaret per suum sanguinem populum *extra portam passus est*. & ego ut ipse intra septa me continebo? Nam *Exeamus igitur ad eum extra portam improprium ejus portantes*, quænam quando unquam necesse erit portare *improprium ejus*? vix pro ipso improprium portabis, quod equi improprio simile dici possit.

XXXI.

Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus, utinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus incipiam te vomere ex ore meo. Apoc. 3. v. 15.

1. **C**onsidera tepiditatem ad eum invivam DEO illam esse haud dubiè, quæ usurpatur in servitio Divino. hoc posito manifestum est, qui sint illi Tepidi, de quibus hic sermo est sensu maxime legitimo, qui sint calidi, qui frigidi. Frigidi sunt ad servitium Divinum, qui cum nunquam illustrati sint

ad cognoscenda bona in ipso ablati, nec auditi sunt ad illud accedendum unquam accedere. Calidi qui hoc amplectuntur, huic invigilant uti par est, maximo fervore. Tepidi qui invigilant equidem, sed admodum remissè. Oportet ergo acurè observare hoc loco (si velimus penetrare

sentiam hujus sententiae non aded faci-
lis) duos esse modos Tepiditatis, unus
est, cum res aliqua ex frigida transit in
calidam, alter, cum de calida denuo
transit in frigidam. Jam vero satis iadu-
biturum videtur, Dominum non loqui
de his, qui erepti suo frigore, sunt e-
jusdem adhuc tepidi in ejus servitio,
sed ideo duntaxat, quia sunt in via, qua
et frigidum transit in calidum. Isti,
cum sint, tendunt ad statum bo-
num, & ideo non possunt nauseam
creare DEO. De his loquitur, qui a
primo fervore declinantes sunt in via,
quia de calido transit in frigidum. isti
autem vero, isti non tantum nauseam
DEO creant, sed abominabiles exi-
stunt, ob stultum, quod faciunt, ani-
mi decretum. De quorum numero
est: si de his, qui de frigore transi-
unt ad calorem, maeste animo, ut cito
absolvas transitum tam laudabilem,
Confortare & persice. 1. Paral. 28. v. 10.
atque de illis, qui a calore transeunt ad
frigus, miserum te, time, & contre-
mice, quia unus es de funestissimo nu-
mero eorum Tepidorum, ad quorum
detestationem hic DEUS exclamavit.
*Vinam frigidus es, aut calidus, aded
a statu isto abhorret.*

2. Considera hoc *Vinam* videri ca-
piti satis esse difficile. nam si esse frigi-
dam idem est ac non cognovisse, nec
suscepisse servitium Divinum, qui fieri
potest, ut gratius DEO sit esse frigi-
dam, quam tepidum, hoc est, primo
magno fervore illud suscepisse, deinde
neglexisse? verum non dicitur gratius

esse DEO, si frigidus, quam si tepidus
existas: solum dicitur esse minus mo-
lestum. Unde nosse oportet per hoc,
quod dicatur *Vinam*, non exprimi de-
siderium boni, ut ajunt, *Positivi*, sed
Negativi, hoc est, minoris mali, qua-
le erat illorum quondam desiderium.
qui dicebant: *Vinam in servos & fa-
mulos venderemur.* Esth. 7. v. 4. *Vinam
consumptus essem, ne oculus me vi-
deret.* Job. 10. v. 8. Minus malum est
nunquam agnovisse vel suscepisse ser-
vitium Divinum, quam illud magno
fervore susceptum deinde negligere.
Dixi minus esse malum, quia si non
suapte naturam minus est, est tamen mi-
nus ob sequelas, quas secum trahit.
quid enim? an putas Tepiditatem esse
statum, in quo possis consistere? mul-
tum falleris. Status est, in quo ne-
mo, ut ut velit, perseverat, sed sem-
per declinat, & vergit in deterius, do-
nec pereat. Vas aquae, quod ab igne
fuerit remotum, non modo aprum non
est retinendo fervori summo, quem
conceperat ad morum igni, sed nec illi
mediocri, in quem ab igne recedens
deflexit: imò necesse est sensim om-
nino frigescere. Idem in casu nostro
accidit tepido. Recedit ab igne: ce-
pit omittere orationem: non habet
gustum in lectione librorum spiritua-
lium, non se mortificat, non modera-
tur, totus est addictus recreationibus
superfluis, si non malis. Quid putat
ergo? an quod in tali statu persevera-
re diu possit? ô quantum decipitur!
continuo de malo in pejus ibit: &

quousque ? donec penitus frigescat. Unde DEUS, quia videt in ipso dispositiones tam scandas, ad eum illum in tepiditate sua abominatur, ut dicere non dubitet cum exclamatione primo aspectu adeo paradoxâ: *Vinam frigidus esses aut calidus !* porro quis scit, an non tu ipse sis ille miser, de quo hoc loco diserebam ?

3. Considera nihilominus adhuc superesse scrupulum. nam si Tepiditas adeo grave malum est eo ex capite, quia paulatim deducit ad frigus, oportet ergo frigus istud esse malum multo deterius tepiditate. & si ita est, qui fieri potest, ut DEUS potius velit esse frigidum, quam tepidum ? verum an non jam notasti distinctionem, quam principio innuebam, ut valde necessariam ad cognitionem sententiæ, quam meditaris ? Aliud est frigus, quod præcedit fervorem tam convenientem servitio Divino, & aliud, quod sequitur. Primum excusari quodammodo corâ DEO potest, quia nascitur, ut dicebamus, ex defectu cognitionis debita : sed non ita secundum. hoc enim præmitur ejusmodi cognitionem, & ideo non meretur excusationem. Cum igitur hinc dixit Dominus : *Vinam frigidus esses vel calidus* de quo frigore locutum credimus ? forte de eo, quod consequitur calorem ? haud sanè : quia istud est summum illud malum, in quod demum deducit Tepiditas illius, qui remittit fervorem in bono, quod fecerat aliquando : & sic profecto Tepiditate deterius est. Loqui voluit de

eo, quod antecedit. & ideo, si bene notes, non dixit : *Vinam calidus aut frigidus* : sed *Vinam frigidus, aut calidus* : & quoties voces iteravit, toties eundem ordinem tenuit, ut intelligas, de quo frigus loquatur, de illo, quod habet, qui à calore redijt ad frigus, sed non nondum ex frigido tranijt in calidum. Neque mirum id tibi videri debet, si ga illum, qui in eo statu versatur, nondum complexus sit bonum, nunquam cognovit, quod nos frigus antecedens vocavimus, DEUS hæc ægrè miseratione utitur pertrahens nonnunquam ad summum Spiritus fervorem : quia videt, si peccator solus, solum per ignorantiam peccat, quæ est ratio, quare Apostolus de scriptis, quod furoris sui veniisse secutus sit : *Misericordiam DEUS fecit sum, quia ignorans peccavi in credulitate.* 1. Tim. 1. v. 13. At contrario erga illum, qui in eo statu versatur, ut complexus sit bonum, deinde verò deternerit (quod frigus consequens appellavimus) quomodo eadem miseratione utatur Dominus par est eum relinqui in frigore, quod elegit. & sic multos legimus, qui peccatoribus facti sunt Sancti, & sancti quidem maximi (quia datur transitus ad uno contrario ad alterum) paucos autem, qui ex perveris iterum facti sunt Sancti, quia à privatione salutis non est regressus, ut docet Philosophus, saltem de lege ordinariæ.

quod Psalmista confirmat, cum hominem dicit Spiritum, qui equidem vadit, sed non redit. *Spiritus vadens, et non rediens.* Pl. 77. v. 39. quia facile de bono vadit ad malum, sed non perinde de malo redit ad bonum. opus est in hanc rem manifesto miraculo Gratia. *Impossibile est, id est, difficultimum est, eos, qui semel sunt illuminati, &c. & prolapsi sunt iterum renovari ad poenitentiam.* Hebr. 6. v.

4. En igitur causam, cur DEUS te mallem esse frigidum, qualis eras ante conversionem, quam tepidum, qualis es, cum jam incipis perverti: quia talis tepiditas starum affert longè magis deplorandum, quam fuerit prima frigiditas. *Vinam frigidus esses aut calidus.* imò en causam, cur pariter adiungat: *Sed quia tepidus es, incipiam te vomere ex ore meo.* quia si tepiditate tuâ exire parcas de sinu DEI, quid mirum, quòd DEUS non expectet, dum sponte excas, sed ipse te vomat, cum resistere non possit tanta nausea?

2. Considera, quis sit iste vomitus tam funestus, quem DEUS tibi minatur. forsitan est Damnatio tua? non hoc ago: quia DEUS ob solam in obsequio suo tepiditatem non potest te damnare, sicut facere hoc potest ob frigiditatem, qualiscunque sit antecedens vel consequens. Ratio est, quia frigiditatem antecedit culpa gravis, Tepiditatem non antecedit nisi venialis, sed voluntaria. Vomitus ergo, si vere loquamur, non est damnatio, sed

dispositio ad damnationem. Tunc enim DEUS te vomere dicitur, quando non habet amplius curam tui tam benevolam, quam habebat antè. non amplius spiritualibus blanditur solatijs, qui primus est gradus, ut dicunt quidam, hujus vomitus: occupari te sinit gravi quadam aversione à rebus ad ejus servitium spectantibus, morore, tædio, tentationibus, qui est secundus gradus. Demum prolabi te permittit in sensum reprobum, qui est tertius gradus, cui denique damnatio succedit irreparabilis. Unde dicit: *Incipiam.* non simul totum vomit, quia hoc fieri non assoler nisi à stomacho nimis nauseante. paulatim vomit. Itaque si vomere nondum desistit, citò te collige, tempus est etiamnum te continendi in ejus sinu licet commoto. Renova proposita bene serviendi, reforma vitam, instaure fervorem, quia ob hanc ipsam causam dicit: *Incipiam,* quia spatium dare cupit antidotis, quibus nausea occurras.

5. Considera, quare Dominus non contentus dixisse: *sed quia tepidus es, incipiam te vomere ex ore meo.* Sed cum dixisset *Tepidus,* addit insuper, *et nec frigidus, nec calidus.* nunquid satis erat dicere: *tepidus?* satis erat, quis dubitet? nihilominus quoniam agobatur de re tanti momenti, excedere maluit quàm deficere claritate vocum, & mentem suam bene explicare, nequis nomine tepidi falsò intelligeret eum, qui parùm frigidus, aut parùm calidus est. qui parùm frigidus est

est

est, etiam est frigidus, & qui parum calidus est, etiam est calidus. ille tepidus est, qui jam amplius nec est frigidus, nec calidus. Si ergo esses frigidus, ita ut ignorans bona, quæ afferunt servitium Divinum, hætenus isti non te applicasses, Dominus nunquam sinu suo te recepisset utamicum, & sic vomere non posset. Si fores calidus, esses bono loco. Sed quia jam nec frigidus es nec calidus, ideo, ut ait, vomere te incipiet. In eo ergo consistit tepiditas, quod scias debitum, quo obstringeris Domino tam bono pro tot gratijs, quibus ille te cumulavit, ex quo ejus obsequio te dedicasti, & tamen negligas. ô quantum tibi incurere timorem debet negligentia tam importuna, si in te forte niduletur. nonne etiam tibi stomachum movet, si videas quendam de clientibus tuis, quem præ alijs eximie fovebas, & complecte-

batis, jam jam meditari perfugium, quando ex alle tuum esse credidit? Hoc verò est, quod tu facis in spectu DEI, cum in ejus obsequio seris negligens. Perfugium meditaris, quandoquidem, ut supra statui. Tepiditas non est status, in quo dicitur te possis continere. Necessè est autem primum per ipsam de calore transire in frigus, & istud quidem longè commacius, quàm quod primò te combagebat: ita ut demum de te quod dicitur, sicut frigidam fecit cisterna aqua suam, sic frigidam fecit malitiam Jer. 8. v. 7. Cisterna aqua frigidat longè immittius, quàm prius habuit: id autem non simul sed paulatim communicat. ita anima facit, instar infidelis Jerosolymæ, oblique cor suum averit à DEO.

